in corpꝰ. ⁊ carnis optare cōſortium. Aliud eſt corpꝰ ſic affectum: vt ani-
mam ad talia ꝓuocet. ⁊ ſtatim ab inicio incautam. et deinceps gradatim
aſſuefactā. Tercium eſt ſubitꝰ ſenſibilium occurſus p ſenſus in aīam: ſic
aut ſic afficiēs eam. hoꝝ trium duo tanq̄ȝ vera ſuſcipimꝰ: primū autē re-
ijcimus q̄m̄ cum catholicis aīas ante hāc vitā fuiſſe nō putamꝰ Inſequi
videnk ⁊ nationes ſua vitia. Uñ et latini ſupcilioſi ac elati dicūtur. Ua-
ni ligures. leues galli. laetabundi hiſpani. Mendaces greci. pœni fœdi
fragi. Citak a Paulo apl'o. Epimenidis poete greci vulgatꝰ ille de cretē
ſibus verſus. κρητεσ αει ψευσται κακα θηρια γαστερεσ
αργοι Cretēſes ſemp mēdaces. male beſtie. ventres pigri: ſi q̄ras igit.
vnde tāta ſit in natura varietas: diſcrepātia in moribꝰ in vita diuerſitas:
nolo me modo coarctare ad inextricabiles huiꝰ perplexe queſtiōis angu
ſtias. dicam tamē trāſeunter ⁊ ſummatim: affirmaboq̄ȝ referre multum
quo ſemine q̄s progenitꝰ ſit: quo vētre ſit fotus embrix. quibꝰ horis natꝰ
infans. quibꝰ cibis ⁊ exercitijs educatꝰ. quibꝰ cum alitus: quibꝰ diſcipli
nis imbutꝰ: ſub qua coeli pte nutritꝰ. Non em̄ oīm eque natiouū corpo
ra ſunt ad ſapiētie ac intelligētie perceptionē idonea. Uñ Socratē vel
vt alij volūt Thaletem dicē ſolitum accepimus: ꝓpter tria ſe maximas
deo grās habere q̄ ſcȝ mas nō fœmina. homo nō beſtia. grecꝰ non barba-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

rus natus eſſet:erant em̄ greci natura apti magis ad philoſophiā:q̄ pro
pter aeris ⁊ coeli temperiem corpora ſortiti eſſent ab excellētijs cōtrarie
tatum vt philoſophi aiūt remotiora. Seres em̄ et qui extrema mūdi cli
mata inhabitāt:tm̄ ab eoꝝ cōplexione qui clima quintum incolūt:elon
gātur:vt complexio que vni genti ſalubris eſt:plerumq; alteri mortem
conſciſcat. Et vt corporum diſpoſitionibꝰ:ſic moribus legibꝰ ſententijs
differūt ⁊ ingenijs. his de cauſis athenieſes ingenioſiores:thebani robu
ſtiores habiti ſunt:q̄ videlicet illi in puriore:iſti in craſſiore aere verſaren
tur. Tantꝰ eſt corpis influxus in aīam:vt platonici qui demōes ⁊ ange
los volūt eſſe corporeos:putēt eos pro corpoꝝ varietate varijs rebꝰ oble
ctari:eos q̄ de coeleſti ſubſtātia corpꝰ habēt:figuris ⁊ cantibus allici:q̄ ex
igne:fumo ⁊ odoribꝰ ſacrificiorum. qui vō ex aere:dicūt ſeſe corporibꝰ no
ſtris inſinuare ſolitos. ⁊ humani corporis humorem exſugere. Affirmat
Herodotꝰ libro hiſtoriarum tercio:ſe ex genere ſcytharum ſapiētem au
diuiſſe neminem p̄ter vnum anacharſim:qui vt Cicero in queſtionibus
Tuſculanis inq̇t:ſapiētie fuit admirande. Hec igit̄ que ad bene beateq;
viuēdum tanti momēti ſunt nō noſtre ſunt facultatis ſed aliūde ſuppedi
tant. licet em̄ bene mori noſtri ſit arbitrij:tamē bene naſci ⁊ bene educari
noſtre nō eſt poteſtatis. Proptēa cum de ſalute agit̄ non vite principiū:
ſed finis inſpicit̄. Satis ergo fuerit nobis p̄tātem cum difficultate relin
qui:diuinū adiutorium nulli negari:patere viam oībꝰ a vicijs ad v̄tutē:
a v̄tute ad gloriam. q̄ ſi quibuſdā maiori cum labore:certe etiam maiori
cum mercede. he p̄ticulares cauſe q̄ rebelliones appetitꝰ augent ac minu
unt intellecte ac recitate ſunt a philoſophis. ⁊ cōmunis illa cā:hoc ē pec
catum origis a p̄mi parētis inobediētia natum a ſolis theologis allegat̄
que p̄dcis adiuncta tāte molis eſt in omnibꝰ:et omnes ad peccatum in
curuet. hinc illud apoſtolicū. ſi dixerimꝰ quia peccatū non habemꝰ:noſ
metipſos ſeducimꝰ. et veritas in nobis non eſt. Sed iam ad appetitum
redeamus.

De vi appetitus. Ca. xij.

Appetitꝰ ergo p inobediētiam p̄mi homis abſolutꝰ a lege rōnis
preuaricari coepit ⁊ inſanire:de cuiꝰ clamdeſtinis inſidijs ⁊ incur
ſionibꝰ apertis Jacobꝰ ita loquit̄. vnuſquiſq; vō tentat̄ a cōcupiſcētia ſua
abſtractꝰ ⁊ illectꝰ:in eo q̄ abſtractus dicit:violētiam exprimit. in eo q̄d il
lectus adiūgit:fraudulētiam ſignificat. Paulꝰ autem ad Romanos ſcri
bens appetitum his v̄bis accuſat ⁊ taxat. Nam velle adiacet mihi perfi
cere autem bonum nō inuenio. nō enim quod volo bonum hoc facio. ſed
quod nolo:malum hoc ago. ſi autem quod nolo illud facio:iam non ego

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

operoꝛ illud: ſed quod habitat ī me peccatum. ſic apoſtolꝰ. Erāt in Pau
lo ſicut ⁊ in nobis duo fere homīes ſpūalis ſcꝫ et carnalis. Uerba autem
ſupꝛadicta ſpūalis ſunt homīs de carnalis tyrānide cōquerentis. ⁊ carna
lem hominem hoc eſt appetitum peccatum vocat: quia videlicet ſemper
nos ad peccatum flectat ⁊ inducat. Spūalem homīem ipſe Paulꝰ dicit
interioꝛem: cum Paulo infra ſubiūgit Condelectoꝛ eñ legi dei ſcdm in-
terioꝛem homīem. Et de carnali ſubinfert. Uideo aliam legem in mem-
bꝛis meis repugnātem legi mētis mee. mox homo ſpūalis in Paulo vi-
dens ſe nō poſſe penitꝰ carnali reſiſtere: quaſi indignabundꝰ in hec ꝟba ꝓ
rūpit. Infelix ego homo: quis me liberabit de coꝛpe moꝛtis huiꝰ? et pau
cis interiectis ita cōcludit. Igiť ego ipſe mente ſeruio legi dei: carne autē
legi peccati hoc idem et Chꝛiſtꝰ inquit. Spūs quidem promptꝰ eſt: caro
autem infirma. Spūs quippe mens eſt in qua preſidet volūtas cōſenta
nea rōni ⁊ parata ſemꝑ niſi retrahať ab appetitu parē diuine legi. Caro
autem hoc eſt appetitꝰ carnalis infirmꝰ ea de cauſa eſt appellatꝰ: ꝙ volū-
tatem ſemꝑ ꝓpediēs omnem opam nrām reddit infirmam. Uel q: nos
ꝓpē carnis legem rōnis conatibꝰ reſiſtētem ſimꝰ ad omne ꝑclarum fa
cinus infirmi. Nec tamē minꝰ infirma caro nūcupabiť etiam tum cum
appetitꝰ bonis operibꝰ aſſuefactꝰ adheſerit rōni: nam vis ea que qm̄ im
perium volūtatis exequiť: executiua nūcupať coꝛpoꝛeis inſtrumētis alli
gata: nec opis ꝑfectione: nec operādi velocitate pt volūtatem adequare:
ex deo igiť ⁊ ex volūtate efficacia eſt: at tarditas ⁊ deterioꝛ agēdi ꝯdicio ex
carne: nō aliter quā in claudo ꝓgreſſiōis obliquitas ex curuitate cruris ē
ſed eundi facultas ex aīa: hoc ꝑpēdens in ſcdo ethicoꝝ dixit Ariſtoteles:
in cōtinētes ſiles eſſe paralyticis. quēadmodū eñ palyticꝰ moꝛboſa q̄li-
tate vim motiuā impediēte: quoꝛſum nō vult manū vertit. ſic incōtinēs
ſi aliqn̄ vel bonitate nature vl' diuina inſpiratiōe motꝰ: aſpirare velit ad
virtutē cōtinue ꝑtinētis appetitꝰ impulſu de vie regie rectitudie ī dex
tram aut in ſiniſtram: hoc ē de mediocritate ꝟtutis in id quod plus aut
minus eſt: deturbat.

Quomodo appetitꝰ ligetur Ca. xiij

Ontra hāc teterrimā peſtē qd aliud melius dari pt antidotū q̄ꝫ
qd Paulꝰ oñdit dicēs. Caſtigo coꝛpꝰ meū ⁊ ī ſeruitutē redigo:
ne cū alijs ꝑdicauerī ipſe repꝛobꝰ efficiar: pugnāt ergo inť ſe hec
duo ſpc. ⁊ ea pugne lex ē: vt victoꝛ victo ipꝫt. ⁊ q̄ libuerit trahat. rē mirā ī
tellige: quam ſi ſaperent ⁊ ſibi recte conſulerent homines: foꝛtaſſe vitam
cautius inſtituerent: nec ſe ipſos inconſulte ac improuide viuendo tot vi
tioꝛum cathenis alligarent. Uſus et cōſuetudo ea ſunt que appetitum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

ligāt et obſtringūt. cōſuetudo ꝟo que cathena eſt adamāte ſolidioꝛ ꝑ exercitium vſumqꝫ cōtexitur: actiōes aſſidue annuli ſunt: ſi appetitꝰ ad id qḋ cōcupiſcit: volūtatis aſſenſum ſemel traxerit. vnum cathene annulum cōplicauit. ſi centies eam ſeduxerit: iam ex centū orbiculis cathena cōtexta collum victe volūtatis innodat. ⁊ captiuam ducēs illudere ⁊ inſultare nō ceſſat. hinc Horatiꝰ in epl'is. Animū rege: qui niſi paret. Imperat: hūc frenis. hūc tu cōpeſce cathena. animum autem vocat impetū appetitus.

Quid valeat habitus Ca. xiiij.

Athena hec a philoſophis qui rerū naturas ſubtilit' inſpexerūt. habitꝰ appellat'. Is cōtinuis ⁊ ſequētibꝰ malis actionibꝰ ſic pedetentim ⁊ ſenſim nobis adheret ⁊ ſubrepit: vt in naturam trāſire videatur: ſicut lignum a natura rectum poſtqꝫ diu flexuram paſſum fuerit a curuitate dimoueri nō p̄t. nec ligno minꝰ tenaciter adheret ea figura: qꝫ ſi ab origine curuatura veniſſet. Scitum eſt illud memorabile lycurgi exemplū: qui volēs pp'lo quātum cōſuetudo poſſit oſtēdere: duos catulos vnum ī ſiluis. alteꝝ domi in popina educari fecit. moꝝ cōuocatis turbis tale ſpectaculū exhibuit. Catulos adduci iuſſit. ⁊ ꝓpoſito hinc lepore. hinc cacabo. ſolui eos mandauit: qui popine aſſuetꝰ erat. ad cacabum repētino curſu ſe proripuit: qui ꝟo in ſyluis coaluerat: mira pedum leuitate fugiētem leporem inſecutꝰ eſt. Vident' ergo habitꝰ natura fortiores: vtpote quam ſubigūt. domāt ⁊ immutāt. et vnuſquiſqꝫ habitum habēs niſi diligētiam adhibeat: in cōtrarium ſecūdum eum ſemꝑ operat'. operat' autem habituatꝰ facile prompte ꝑfecte ⁊ cum delectatiōe. qui vero ſine habitu eſt. et ſi bene opari p̄t: neqꝫ eīn id negauerim nō eque expeditꝰ ⁊ promptꝰ venit ad operādum: nec tāta inerit opationi voluptas ꝑfectio facilitas: Vn̄ illud Ariſtotel' in ethicis: citharoedi eſt. citharam ꝓpulſare. ſtudioſi bene pulſare. Ineſt ergo habitui vt theologoꝝ clariſſimi ſentiūt ⁊ p̄ſertim Jo. Scotus in p̄mū ſentētiaꝝ di. xvij. q. ij. vis actiua: qua cum anime ꝟtute cui infuerit. habituatꝰ valet ad meliꝰ ⁊ laudabiliꝰ operādum. De vi cōſuetudis quid a Valerio dicat' hic referam. Cretēſes inq̇t cum acerbiſſima execratiōe aduerſus eos: quos vehementer oderūt vti volūt: vt mala cōſuetudie delectētur. optāt: modeſtoqꝫ voti genere efficaciſſimū vltionis euentū reperiūt: inutiliter eīn aliq̇d concupiſcere. ⁊ in eo ꝑſeuerāter morari. exitio eā vicina eſt dulcedo. Et ſi volūtas mea diligētia ſtudioqꝫ excitata coeperit appetitui dominari. et eiꝰ feritatem mollire tollēdo: breui ſi ꝑſeuerauerit ⁊ victoria vti ſciuerit: nec vires remiſerit. victrix euadet. ⁊ in altiſſimam ꝟtutis arcē cum victorie

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

ſignis euolabit Ad hoc Paul⁹ ad Romanos hortatur: dicēs. Ergo fratres debitores ſumus nō carni: vt ſcd̄m carnem viuamus. Si em̄ ſcd̄m carnem vixeritis, moriemini. Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis Uita ſcꝫ immortali ac ſempiterna, que ſola vera eſt vita et ab omni mortis cōtagione ſemota.

Qđ paucoꝝ eſt appetitū ſuperare. Ca. xv.

Ed pauci admodum ſunt qui carnis imbecillitate deuicta felicitate tātę victorię potiant̄. ea namqꝫ eſt volūtati cum appetitu cōcordia. ea familiaritas. ea neceſſitudo: vt pene nunq̄ꝫ ſciat ei⁹ plene repugnare blāditijs. Docuit hoc cum ſumma toti⁹ humani generis incōmoditate atqꝫ iactura ꝓtoplaſtus homo. qui cum modo eſſet ab opifice deo cōditus. ⁊ in ꝑfecta membroꝝ corpis ⁊ animę virium integritate format⁹. pręmonit⁹ etiam quid euēturum eſſꝫ delinquēti: maleſuadenti fœminę ne (vt Auguſtin⁹ inquit) eam quam habebat in delicijs. cōtriſtaret. aſſenſus eſt. ex illo tpe cœpit verum eſſe qđ a moſe dicit̄. chi Jezer Jeb Adam Raha Mincabrab. id eſt qđ latine plurib⁹ verbis explicat̄: ſenſus ⁊ cogitatio cordis humani prona ē ad malū a iuuētute ſua: viciū hoc i ramos a radice diffuſum indies magis magiſqꝫ cōualuit. ⁊ ſeneſcēte natura quottidie reuireſcit Adam rōnis typus ē: appetit⁹ Eua: cū rōnem dico ſuperiorē aīę ꝑtem q̄ ⁊ voluntatē ⁊ itelligētiā includit: intelligo. volūtas libera eſt. facile tm̄ ꝑſuadet̄. ⁊ paulo momēto huc l' illuc ipellit̄: appetit⁹ vero libertate carēs ſp obſtinate ⁊ irreuocabilit' triſticiā fugit. ⁊ ſequit̄ voluptatē irreuocabilit' inq̄ꝫ ſi eū ſpectes. nunq̄ꝫ em̄ ſeipſum ipſe reuocat aut cohibet: ſed ſi ſuperiorē virtutē cui ſubijcit̄ aīaduertis reuocari p̄t: vt diximus.

Qđ motui cœloꝝ aſſimilat̄ mot⁹ appetit⁹ Ca. xvi

Oꝛro operę p̄ciū eſt i his aīę potētijs intueri ſil'e quiddā motui cœloꝝ queādmodū em̄ nonę ſphęrę qđ eſt p̄mū mobile impetu firmamēti ⁊ planetaꝝ orbes quottidie ab ortu ad occaſum rapiunt̄: qui diurn⁹ motus appellat̄. ⁊ tm̄ dum corſum ferunt̄ motu q̄dā alio ſic cōtranitūtur vt quibuſdā tēpoꝝ ſpacijs totū zodiacū retrogrado curſu metiant̄: Sic ⁊ appetit⁹ quātūuis a rōne regat̄: ꝑ tm̄ diuerticula quęrēs aliquantulū refugit. ⁊ quaſi bos plauſtro ſubiugat⁹ ⁊ bubulci ſtimulo punct⁹ ad carpendū gramem collū intorquet

Quod duplici hominis natura duo ſpiritus pręfecti ſunt. Capitulū. xvij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

Uic duplici hoīs naturę duo (vt theologi volūt) a deo demōes deſtinātur. vn⁹ qui cum ipſe bon⁹ ſit ad bonū. alter q̄ iuxta ſuam nequiciā nos ꝯtat ad malū: qui appetitui fauet genius d̄r ab antiq̄s genius āt ab ingenio d̄r q̄d naturā ꝯcat vnicuiqꝫ inſitā. ⁊ genius ꝙ ī geniū hoc ē naturā ſecum det: appellat̄. Fuerūt etiā phōꝝ quidā qui dixerint ſingulis reꝝ naturis ⁊ ſpecieb⁹ ſingulos angelos attributos: qui cō ſeruādis eis curam impēderet. Euclides etiā ſocratic⁹ duos oib⁹ hoibus genios app oſitos dixit: q̄ ⁊ lares vocant̄ bonū ſcꝫ et malum. in cu⁹ ſententiam luci⁹ florus venit: cū dixit: bruto poſtera die ⁊ ī pꝛelio moꝛituro per noctē apparuiſſe atram quandā imaginē. ⁊ q̄ eſſet īterrogatā tu⁹ malus genius ſum reſpōdiſſe. nō em̄ addidiſſet mal⁹. niſi alteꝝ bonum genium exiſtimaſſꝫ. hi ⁊ penates dicebant̄. qui q̄m pro coꝝ ſeu hoīm ſeu locorum quib⁹ pꝛeſunt. cuſtodia: cum aliȷ̄s larib⁹ pugnāt. ⁊ aliq̄n ſuperātur dictum eſt a Uirgilio de Aenea. Ilium in italiam poꝛtās victoſqꝫ penates. hęc q̄q̄ꝫ gentilia ſint: attigi. ꝙ nō ſunt ſi bonum iudicem inueniant: multum a noſtris dogmatib⁹ diſſidentia. at de his alias. Sed quoꝛſum iſta nūc. Nempe vt oſtēderem nō mirum eſſe paucos ad illā victoriā peruenire: de qua dictū eſt. ⁊ tamē neceſſe ē vt in paucoꝝ hoc ē bonoꝝ catalogo cōputemur. ⁊ ab illa infinitate ſubtrahamur: de qua ſcriptum eſt a ſapiente. ſtultoꝝ infinitus eſt numer⁹

¶ Quod miſeri ſunt qui peccant. Ca. xviij.

Ui ad tātam ſcelerum immanitatē cōfirmato iam peccādi habitu deſcenderūt: vt nec rōnem audire: nec cœlum iam ſuſpicere poſſint: hi ſunt de q̄b⁹ d̄r ab apoſtolo. excęcauit em̄ eos malicia eorum. Eoſdem Ariſtoteles taxat cum inq̄t in ethicis: oēm malum eſſe ignorātem: malus em̄ habit⁹ quaſi quędam tenebroſa caligo de vitioꝛum palude ſe attollēs longe ampli⁹ q̄ꝫ perturbatio ſeu paſſio mētem excęcat. et ignorātię nocte lumē rōnis abſcōdit: licebit hoc experimēto cognoſcē ſi ſtatuātur duo: vn⁹ intemperās. alter incontinēs: intemperātem dicimus q̄ ſine vlla repugnātia rōnis libidib⁹ ⁊ voluptatib⁹ immergit̄. incōtinēs vero eſt qui poſt aliquā pugnam appetit⁹ ⁊ rōnis. a fluctu perturbationis opprimit̄. Quęrat̄ vter eorum grauius crimen putet adulterium: reſpōdebit incōtinens graue ſibi videri. ⁊ ꝓpterea ſe conari ab eo tan q̄ꝫ a turpiſſimo ac fœdiſſimo animi moꝛbo declinare. Intemperans vero contemnet foꝛſitan. ⁊ ridens reſpōdebit illud quod in ſepulchꝛo ſardanapuli recitatur inſcriptū. Hęc habeo quę edi: quęqꝫ exſaturata libido hauſit. Cognoſce quantum ignoꝛantię ſecum ferat mala conſuetudo. Quis ignoꝛantem non dicat eum qui dicit malum bonum. vel qui graue malū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

putet eſſe leuiſſimum: Nõne qui trabem dr̄t eſſe feſtucam hebetes habet oculos: et qui ictum gladij culicis aculeum fuiſſe credat: tardioris eſt ſenſus

¶ De tribus ſtulticię gradibus Ca. xix.

Tres huiꝰ ſtulticię gradus eſſe ꝑ tres illos mortuos q̄s Chriſtꝰ ſuſcitauit oſtēſum eſt. primus qui in domo ſua ſuſcitatꝰ eſt: hos ſignificat qui malis cogitationibꝰ allecti veneno peccati ītra cō ſciētiam admiſſo. ad extrinſecum opꝰ vel verecūdię freno vel alia quauis cauſa prepediti nō exeunt. Secundꝰ qui extra ciuitatis portam vitę reſtitutꝰ eſt. illos oſtendit qui cogitationem in opus duxerūt: tanto infeliciores effecti. quāto magis voti compotes extitere. Terciꝰ qui in monumento fœtens ⁊ quatriduanę mortis detētus ergaſtulo. iam amicos in vitę deſperationem adduxerat: illos ſignat. qui cogitationem in opus. ⁊ opus in cōſuetudinem habitum qꝫ verterūt: quorum vita plena flagitijs cœlo infernoqꝫ deteſtabilis eſt. illud obſcuꝝ ⁊ illaudabile genꝰ hoim̄. dū fas ⁊ iura ſubuertit. dum neqꝫ modū neqꝫ modeſtiam ſeruat. dum omnis diſciplinę ſeueritatem abijcit. q̄ꝫq̄ꝫ multis preſit. lateqꝫ dominetur. vicio tamen ac diabolo ſeruit. dicēte Paulo ad Romanos. ſerui eſtis eius cui obediſtis. ⁊ quanq̄ꝫ leui extrinſecus pelle niteat intrinſecus tamen ruderibus oppletum. tabidum. ⁊ intolerabili ſanie putrefactum eſt. Quanq̄ꝫ ſibi multiſqꝫ placeat. deo tamen ⁊ angelis bonis inuiſum infenſumqꝫ et eſt. ⁊ eſſe debet: vtpote quod ſimile ſit ſepulchris dealbatis. quod vitiorum ſentina. latrina ſcelerum. ⁊ totiꝰ immūdicię cloaca dici poſſit. Propterea Paulus ad Romanos capite. vi. Non ergo inquit regnet peccatum in veſtro mortali corpore. vt obediatis concupiſcentijs eius: ſed neqꝫ exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato. ⁊ Dauid huiꝰ ſpiritualis morbi fœtorem non ſuſtinēs clamabat. Putruerūt ⁊ corruptę ſunt cicatrices meę a facie inſipientię meę.

¶ Quod terrena voluptas breui dilabitur. argumētum ab imperatorum exemplis.

¶ Capitulum. xx.

Dixe q̄ ea quibꝰ peccatores plurimū fidunt et q̄ perdite amāt. breui amiſſuri ſunt. nam quę ſubſunt fortunę ludibrio: non eſt eoꝝ diuturna poſſeſſio: ſubijciamꝰ exemplū eoꝝ q̄ apud hoies dij fuerūt: q̄ in vita ꝯſecuti ſūt q̄cq̄d ꝓmittit tr̄ena felicitas. de ipatoribꝰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

loquoꝛ. q̇bꝰ quattuoꝛ hec. diuitię. potētia. honoꝛ et voluptas: q̄ pꝛę cęte
ris oībꝰ moꝛtales miranť affatim ſuppetebāt. Juliꝰ Cęſar omitto q̇t cu-
ris. q̇t laboꝛibꝰ. q̇t periculis ⁊ diſpēdijs ꝑuenit ad regnū. id em̄ impoſſi-
bile relatu eſt. nec dū plenis velis in īperio nauigabat. ⁊ ecce cōiuratiōis
tēpeſtas exoꝛiť: qua ſic oppſſus ē. vt tribꝰ ⁊ vigīti plagis cōfoſſus obierit
C. Caligula poſtq̄ꝫ triēnio ⁊ decē mēſibꝰ imperitauit trucidať a ſuis. clau
dius āno īperij. xiiij. veneneť Nero Juuenis adhuc ⁊ in ętatis floꝛe cō-
ſtitutꝰ qui ardēte Roma Troię aloſim decātarat: ſeipm̄ ſuo pugiōe cōfo
dit. Galba ſenex īperij mēſe ſeptīo ī vꝛbe ad lacū curcij trucidať: ⁊ eiꝰ ca-
put: qd̊ toti oꝛbi legē dixerat a Gregario milite amputatū ad calones et
lixas ē ꝓiectū. Otho nonageſimo quīto īperij die ſeipm̄ pugiōe cōfodit
Uitellius cū ſumma ignominia ex ędibꝰ tractꝰ luto ⁊ ſtercoꝛe cōſperſus
mucrone gladij mēto ſuppoſito ne pꝛę pudoꝛe faciē inclinaret ad ſcalas
geōnias ductꝰ minutatim excarnificať. Domitianꝰ ex optīo patre peſſi-
mꝰ filiꝰ chꝛiſtianoꝝ ꝑſecutoꝛ ſeuiſſimꝰ anno īperij ſui decimoquīto necať
a ſuis tāto infelicioꝛ. quāto eiꝰ potētia diuturnioꝛ. ꝓlōgatio em̄ tam ſeuę
tyꝛānidis q̇d fuit aliud q̄ꝫ coaceruatio diuinę indignatiōis? Antoninꝰ
cōmodꝰ oībꝰ (vt aiūt) incōmodꝰ duodecīo īperij āno ſtrāgulať. Heliꝰ q̄
illiberalis eſſet ⁊ ſoꝛdidꝰ īperij mēſe ſexto palā occidiť. Antoniꝰ Caracal
la ſeptīo īperij ſui āno dum leuādę veſicę gratia deſcēdiſſet ex equo a par
this oppꝛimiť. Heliogabalꝰ hō flagicioſiſſimꝰ quarto īperij āno tumul-
tu militū enecať Decius chꝛiſtianoꝝ inimicꝰ īperij āno ſcd̊o a barbaris ē
occiſus cadauere eiꝰ nuſquā rep̄to. Ualerianus qui cū gallieno regnauit
captꝰ a pacoꝛo parthoꝝ rege nō occiſus ſtatim ſed ad diuturnā moꝛtē re
ſeruatꝰ: erat em̄ ei equū aſcēdenti ſcabellū pedū: qd̊ aliter dꝛ ſuppedaneū
ſed q̇d ꝑgo tyꝛānoꝝ cędes recēſere? verſu illo ſatyꝛico cōcludendū Ad ge
nerū cereris ſine cęde ⁊ ſanguīe pauci: deſcēdūt reges ⁊ ſicca moꝛte Tyꝛā
ni. Hic citari poſſet Antimachus poeta grecꝰ. qui cū doloꝛē ſuū quem e
moꝛte chariſſimę cōiugis Lyſidices cōceperat emollire vellet: elegiā ſcri
pſit in qua calamitates oēs heroū altiꝰ repetēs numerauit. ſꝫ ad pn̄s iſta
ſufficiāt: hęc āt dicta ſunt vt memineris bꝛeue ⁊ īterciſum eſſe om̄e qd̊ in
hac vita nos allicit: longū ⁊ perenne omne qd̊ cruciat: nā vt poeta inq̇t.
nulla ē ſyncera voluptas. ⁊ dulcedini ſp̄ amaritudo ꝑmixta ē. qd̊ Home
rus poeta clariſſimꝰ innuit cum dt̄. Jn limine Jouis duo dolia poſita.
Unū mellis. alteꝝ fellis plenū ⁊ ſingulis aīabꝰ e Coelo in coꝛpa deſcēden
tibꝰ ex vtroq̄ꝫ dolio poꝛtionē dari.

¶ Teſtimonia ex ſacra ſcriptura idem probantia. Capi. xxj.

h Iꝫ atteſtaꝛ qđ in pſalmo dꝛ vidi ipiū ſupꝫ exaltatū ꝛ excelſum ſuper cedꝛos libani ꝛ trāſiui. ꝛ ecce nō erat. ꝛ iterꝫ viri ſanguinū et doloſi nō dimidiabūt dies ſuos. ꝛ ſi aliqn̄ pꝛoſpero negociorum curſu lętanꝛ: ſi peccare nō deſinūt verificaꝛ in eis qđ Claudianꝰ inqt Tolluntꝛ in altū: vt lapſu grauiore ruāt. ꝛ i pſalmo dꝛ. Tu vo deꝰ deduces eos in puteū interitꝰ. Audire nō pigeat qđ i alio pſalmo ſanctiſſimꝰ Dauid de hoc peſſimo hoīm genere ſit locutꝰ. ꝛ qbꝰ eos vbis inſecteꝛ. Sic em̄ inquit: qđ gloriaris i malicia q potēs es iniqtate: tota die iiuſticiā cogitauit. Lingua tua: ſicut nouacula acuta feciſti dolū. Dilexiſti maliciā ſuper bonitatē. iniqtatē magis loqui q̄ꝫ ęquitatē: dilexiſti vba p̄cipitatiōis: linguam doloſam. Proptéa deꝰ ſubuertet te: in finē euellet te. ꝛ relegabit ac trāſmigrare te faciet a tabernaculo tuo. ꝛ radicē tuam de terra viuentiū. Videbūt iuſti ꝛ timebūt. ꝛ ſupꝫ eū ridebūt. ꝛ dicēt. Ecce hō qui nō poſuit deū adiutorē ſuū. Sꝫ ſperauit i multitudīe diuitiarꝫ ſuarꝫ. ꝛ p̄ualuit i vanitate ſua. Hactenꝰ Dauid: alibi qꝫ dt. Inimici āt dei moxꝫ vt honorificati fuerit ꝛ exaltati: deficiētes queadmodū fumꝰ deficiēt: huiōi hoīes igiꝛ dum ſe ipune peccare aduertūt: dum patiētia dei male vtunꝛ: dum oībꝰ libidibꝰ ſuis pfruūtur: deū negāt: puidentiā irrident: genꝰ aliud vitę non putāt. ꝛ pſuaſi aīam interire cū corpe: poſt mortē nihil nos futuros exiſtimāt. imo ꝛ deſiderāt: ne cōmiſſorꝫ ſcelerꝫ poenas luāt Jccirco dꝛ in pſalmo. hō cum in honore eſſet nō intellexit. Cōparatꝰ eſt iumētis inſipientibus. ꝛ ſimilis factꝰ eſt illis.

De hominis excellentia Capi. xxij

Ide queſo: qđ iam diu tn̄ vidiſſe te credo. Sꝫ recole mō in quāta excellētia cōſtitutꝰ eſt hō. Ut pcipias q̄ꝫ ingratꝰ ſit deo: q paſſim pſtituit ſe diabolo. Eſt em̄ tātę pſpicacitatis ſuapte natura hō: vt ingenio ſuo diſciplinas oēs ac artes excuderit. At quō id factum Ariſtoteles in p̄mo libro metaphyſicę indicat dicēs. hoiem Cui ocium ſuppetebat. poſtq̄ꝫ ſępe periclitatis i rebꝰ ac cōminꝰ notis diu ſe exercuit. et acta ac euēta memoria collegit: feciſſe artes atqꝫ diſciplinas. ꝛ h̄ nihil eſt aliud q̄ꝫ qđ. A. Gellius refert dixiſſe Afraniū poetā in togatā cuiꝰ hi verſus ſunt. Uſus me genuit: mater pepit memoria. ſophiā vocant me graij: vos ſapiam: ſed Ariſtotelis ſectatores ꝛ p̄ſertim Euſtratius i ethica pꝫ ſecuti ſunt dicētes: ex his q̄ eodem mō neccārio ſpꝫ eueniūt: pdiiſſe ſcientiā. a cuiꝰ regulis nihil excipiꝛ: ex his vo q̄ nō ſempꝫ ſed tn̄ vt plurimū accidūt: artē factā. quā qꝛ multas exceptiōes admittit. ꝛ fallere interdū videꝛ artificē: dixit Agathon fortunę amicā. At quę ſępe fiūt nec tn̄ vt plurimū: ſub artē redigi nequiuiſſe: ſꝫ circa ea vſari prudentiā. de his em̄

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

homīes cōſultādo deliberāt. Que autem ꝑ quam raro apparēt neq̄ ſcię neq̄ arti. neq̄ conſilio ſubdita caſui ac fortunę reliquerūt. Hęc igitꝛ ſunt humanę ꝑſpicacitatis indicia. quę Plini⁹ naturał hiſtorię libro ſeptīo. capite. lv. Joānis etiam Torteli⁹ in dcōne horologium tribuētes ſua inuēta ſingulis autorib⁹ latius ꝓſequūtur. Tātę etiam ſublimitatis eſt hō vt oīm q̄ coelo continentꝛ. immo ⁊ coeli ipſi⁹ ac dei ſit Capax. Vn̄ philoſophi gētiles multa de deo recte tradiderūt. Vt ꝙ vn⁹. ꝙ immēſus. ꝙ incorporeus. ꝙ ſempitern⁹. ꝙ optimus. ꝙ omnipotēs. ꝙ ſemꝑ vigilās. ꝙ affectib⁹ carēs. ꝙ mūdi opifex. ꝙ prim⁹ motor. ꝙ finis oīm atq̄ principiū. ⁊ de hoc gen⁹ alijs tam multa recte ꝑceperūt. vt magna ꝑs Theologię nr̄ę ab eis accepta ſit. Coelum autem qđ tāto interuallo remotum ē ſic ducē de oculoꝝ acie ratio penetrauit. vt polos. vt axes ęquinoctialem. eclipticā maximas ſolis declinatiōes. tropicos. arcticum. ⁊ antarcticū. Circulos. necnō ⁊ apſidas ſeu epicyclos. mot⁹ etiam planetaꝝ et firmamēti ita deprehēderit. vt q̇ diligēter ſupputare ⁊ ad calculū matheſeos reducē voluerit vix errare vnq̄ poſſit. Qđ exemplo declaratꝛ Hipparchi. ipſe em̄ teſte Plinio ſolis ⁊ lunę curſus ⁊ eclipſes in ſexcētos ānos ſeculo ipſo atteſtāte ꝑcinuit nō min⁹ veraciter. q̄ ſi cōſilioꝝ naturę ꝑticeps fuiſſ;. Tāti inſuꝑ vigoris eſt. vt ſit ei⁹ aīo celeritas vēto citatior igne volucior. tātę felicitatis. vt ſit paulomin⁹ minutus ab angelis. ſicut ꝓpheta inq̇t. ⁊ vt philoſophi dicūt in ęternitatis horizonte locat⁹. hoc eſt reb⁹ ęternis propinquiſſim⁹. ⁊ quo ad aīm ꝑticeps ęternitatis. Horizontē nāq̄ vocant Aſtronomi Circulū. quo viſus terminatꝛ ⁊ hemiſphęria diuidūtur. ⁊ dicūt hoīem in eo cōſtitutum. ꝙ imaginati ſint naturaꝝ oīm congeriem diſtribui in duas ꝑtes. quaſi ī duo hemiſphęria. mūdi hemiſphęrijs ideo ſimilia. q̄ ſicut mūdi ſic ⁊ naturaꝝ vna cōgeries q̄ ęterna cōplectitꝛ nos latet. altera ꝟo quę tpē menſuratꝛ apparet. hō igitꝛ in hoꝝ hemiſphęrioꝝ cōfinio ponitꝛ. q̄ corporea mole corꝑalia. ⁊ animi īmortalitate ꝯiungit ęterna. ⁊ eſt vtrorūq̄ quoddā ꝑticipiū partē ſui in hoc partē ī hemiſphęriū illud extēdens. Sortit⁹ etiam corp⁹ qđ mortalitatem poſſit induere. ad imaginem quoq̄ dei fact⁹. Omniū pretēa animātium dn̄s habēs ad cuſtodiam ſui angelos quaſi ſatellites. aut pędagogos. Coeli inſuꝑ niſi deū cōtemnat heres futur⁹. demonib⁹ hoc ē angelis malis ⁊ apoſtatis imperat. Vnde Hermes Triſmegiſtus dixit hoīem tātę ſublimitatis: vt deos faciēdi habeat facultatem. Statuis em̄ fabrefactis dęmones ad inhabitādum eas magicis artib⁹ inducebāt. ⁊ eas quaſi animatas pro dijs habebāt. Inſuper ⁊ promerendi paradiſum habet arbitrium. ⁊ vt in ſecundo phiſicorum meminit Ariſtoteles homo quodāmodo finis eſt omnium. ⁊ vt Plinius in principio ſeptimi libri de hiſtoria naturali dicit. ca

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

ſa hominis videt̃ cuncta alia genuiſſe natura. Et iccirco predictus Hermes Triſmegiſtus. homo inquit magnum eſt miraculum o Aſclepi. et in ſecundo libro Aſtronomicon. M. Manlius de homine loquens ita inquit Eximiam natura dedit linguam qꝫ capaxqꝫ Ingenium volucrem qꝫ animum. quem deniqꝫ in vnum Deſcendit deus atqꝫ habitat ipſum qꝫ requirit. Et in tanto demens cõſtitutus honore. dum appetitum magis q̄ꝫ rationem ſequitur. cõparat̃ iumẽtis inſipientibꝰ. que nullo rõnis moderamine ſed ſolo impetu ferũtur appetitus

¶ Que ſit ſumma hominis miſeria ¶ Capitulum. xxiiij.

ſ Tatus igitur iſte flagitioſorum hominum ſumme miſerie qua nulla in hac vita maior eſſe poteſt. ſtatus eſt. ſumma eñ miſeria culpa eſt. Nam ⁊ ipſiꝰ damnati ⁊ eternis poenis addicti magis eo ꝙ culpis ſordeant. q̄ꝫ ꝙ poenis doleant miſeri ſunt. ⁊ ꝙ miſerie plus in ſit culpe q̄ꝫ poene: ſi vacat ⁊ placidi rationem admittitis edam. quod eñ peius eſt. id miſerius. at culpa peior eſt q̄ꝫ poena. Quid inquã peior: immo neqꝫ mala eſt poena cum iuſta ſit. omne enim iuſtum bonum. Sed malum dupliciter dici planum eſt. malum ſcꝫ ſimpliciter ⁊ vt Theologi dicunt malum huic. ⁊ fieri poteſt vt quod ſimpliciter bonũ ſit. huic malum. Sicut poena que ſimpliciter bona cum ſit. eſt tamẽ huic mala. quẽ cruciat. mala autem dicitur ꝙ bonum quoddam tollat. ſed quoddam bonum. neqꝫ enim ſimpliciter dicitur bonum. ſed tripliciter. bonorum eñ quoddam honeſtum. quoddam vtile. quoddã delectabile. poena de qua eſt ſermo non omnis boni genus. ſed eius quod delectat expungit. ⁊ quia quod honeſtum eſt non ſolum non deſtruit. ſed fulcit. ſimpliciter bona ẽ. huic tamen mala qui plectitur. quia per eam voluptate priuatur. Sed age: dic vtrum optabiliꝰ puniri inſontem an ſontem abſolui: vel quod id ipſum eſt culpa ſine tortura. an tortura ſine culpa. Si appetitum conſulas. ſi beluarũ prudentia vtaris: modo impune feras culpam ridebis. At ſi mentem interrogas ⁊ coelum ſuſpexeris. nõ moleſtias tantum vite naturales: verum etiam carcerem. ſeruitutem. morbos. infamiam. ferrum incendia. mortem deniqꝫ ipſam culpe antepones. Legimus admirande fortitudinis exemplum ſingulare. Cui ſimile non habet gentilis antiquitas. Septem mulieres Cappadoces dum cruorẽ Blaſij martyris: cuiꝰ agonẽ admirãtes cõuerſe fuerãt. prone humi ſpongia colligunt. obiecto chriſtianitatis titulo trahunt̃ ad preſidem. ⁊ cũ poſt multas cõminationes inuicte perſiſterent miniſtri magiſtratus genus omne tormẽtorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

expenūt. Lamias eculeū plumbū liquefactū. ⁊ illos pectines ferreos: q-
b⁹ Blaſiū mō diſcerpſerāt: ad incutiendū terrorē intentāt. ⁊ ꝙ ſit in ſpe-
ctaculo pl⁹ energię: q꞉ cōtraria mutuo ſe exaggerāt ad numeꝝ mulierū:
ſeptē thoraces igne cādentes ad lęuā: ſeptem ꝯo veſtes xylinas molliſſi-
mas atqꝫ cādidiſſimas ad dextrā collocāt. iubētur vtrū malint ad nudū
induāt. Una illaꝝ relictis duob⁹ infantulis ꝗs ſecū habebat curſu cōci-
ta veſtes xylinas corripuit. ⁊ i ignē negāde fidei incitamenta ꝓiecit. Nō
eſt ad aſpectū tam terribiliū pœnaꝝ exterrita mulier; nō ploratu natorū
mater elāguit: duriora morte tormēta nō horruit: ſꝫ naturā vincēte cō-
ſtātia thoracē ignitū ad carnē induit. O rē antea nunqꝫ auditā. O faci-
nus dignū ęterna memoria. O exēplū ad ꝯfirmādos debiles efficaciſſi-
mū. Nos āt a maiorib⁹ noſtris tm̄ degenerauim⁹: tantū ab antiqua ꝟtu-
te receſſim⁹: vt vel mīmo incōmodo vſqꝫ ad dei blaſphemiā ꝓlabamur

De delectatiōe. et an ſit peccatū   Ca. xxiiij

Onducere ꝓpoſito ſatis arbitror. ſi ad ea ꝗ de cōcupiſcibili atqꝫ
iraſcibili diſſerebā redeam⁹ Dixi ꝯcupiſcibilē vim i ea tantū ꝗ de-
lectāt. ⁊ iraſcibilē in ea toto ipetu ferri: ꝗ labefactare vident̄ vo-
luptatē: hęc igit̄ ita ſe hn̄t: ſed alti⁹ ac intimius mēte ꝑgam⁹: rem recōdi-
tā cognitu digniſſimā. ⁊ ex phōꝝ ac theologoꝝ arcanis deprōptā acci-
pito. Si cōcupiſcibil' qd̓ cupit aſſequit̄. ⁊ voti cōpos fiat repēte ex victo-
ria gaudiū innaſcit̄. flāmeſcit. accēdit̄: Si cōſequi neq̇t: aut ſi quicqꝫ of-
fendit qd̓ offendat. triſticiā incurrit. gaudiū ⁊ triſticia opatiōes nō ſunt
ſed ab opatiōe nccārio ꝓfluūt. ſicut palati delectatio nō eſt ipſa cibi cōtri-
tio. ſed ex cōtritione. ſicut lux ex ſole: calor ex igne. ⁊ pulchritudo ex iuuē-
tute cōſurgit: ꝓptēa ⁊ ſi opatio ipſa i nrā ē ptāte vt amare ⁊ odiſſe: po-
ſitis tn̄ opationib⁹, delectatio aut triſticia. velim⁹ nolim⁹. ſenſum īuadit
ſicut in nrā eſt ptāte ignē accēdere at cū accēſus ē. velim⁹ nolim⁹. ſplēdet
et calet. Hinc Plato dixit aīas fieri malas nō ſpōte ſed inuitas. Nā li-
cet peccādi opatio ſit libera: tn̄ habit⁹ malus ꝗ nobis malicię notā inurit
ex actiōe libera nccārio ſurgit. ⁊ aīam inuitā capit ⁊ irretit. ex liberis ergo
actionib⁹ ꝗdā nccārio ⁊ naturalit̄ ꝓdeūt. vt paſſiōes ⁊ habit⁹ Dolor igit̄
corpis ⁊ animi triſticia ſil'r gaudiū ⁊ delectatio opatiōes nō ſunt. veꝝ ex
opationib⁹ ſurgūt: amare ⁊ odiſſe qd̓ eſt volūtatis. ſenſiſſe ꝑcipere. quod
ſpectat ad ſenſum opatiōes ſunt. ⁊ ex his oriūtur ea ꝗ predixi. moeror lę-
ticia. dolor et voluptas. quas latini ꝑturbatiōes. noui Theologi paſſio-
nes. Greci παθη dicūt. Et iccirco eos ꝗ natura vel more ſunt rigidi.
nec vllis affectib⁹ inflectūtur quales legim⁹ Diogenē. Pyrrhonē Hera-
clitū: Timonē. apathes hoc ē imperturbabiles vocāt. nō igit̄ in ꝑturba

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

tione actiõis. ſʒ in ipſa actiõe peccatum eſt. Si rem turpẽ amas. peccas. delectatio ꝛ libido. q̄ ex amore turpitudis manãt. peccatũ nõ eſt. ꝓptẽa ſi ad flagitioſum opꝰ inuitꝰ venias. q̄ʒq̄ʒ adſit voluptas. non tamẽ peccas. Si ỽo ad honeſtum facinus vltro te cõferas. ꝛ ſi nõ delectaris. tamen recte agis: habes ergo in ope ſine triſticia officium. ꝛ ſine omni delectatiõe peccatũ. In ope igit̃ pręcedẽte nõ in affectiõe ſequẽte laus ꝛ vituperium virtus ꝛ vicium Lucrum ꝛ damnum.

Redargutio quorundam theologorum de delectatione loquentium. Ca. xxv.

Inc ſequit̃ minime verꝫ eſſe quod dr̃ ad mẽſuram malaꝝ voluptatum torqueri malos ĩ inferno. Sũt eñ plerıq̄ q̄ꝝ animꝰ eſt ad pctã ꝓmptiſſimꝰ. ſed corpꝰ ęgrum ex cuiꝰ habitu friget appetitꝰ. reſiſtit voluptati. nõ ergo delectatio q̄ pendet ex membris. ſed interior actio q̄ pendet ex aĩo rõ penaꝝ atq̄ʒ menſura ẽ. Locꝰ autem apocalypſis quem allegãt ſic eſt exponendꝰ. quãtum glorificauit ſe ꝛ in delicijs fuit. hoc eſt quãtum delcãri ſtuduit vel quantę ſe delcãtioni expoſuit. Mos eñ ſcripturę eſt: vt nõnunq̄ʒ effectꝰ pro cã ponat̃ ſi erubeſcere ꝓ verecũdari. excãdeſcẽ ꝓ iraſci. geſtire ꝓ gaudere frequẽter vſurpãt. hoc etiam ab aliq̄bꝰ theologis ſic enarrat̃. vt delcãtiõem duplicem dicãt. vnam q̄ opationem añcedat. ꝛ homĩem ad peccãdum irritet. alteram quam volũtas appetitu inardeſcẽte corrupta ex ope expectat: vt ei fruendo ſe totam immergat. huic ſcdę cõmenſurari aiũt pœnas. q̄bꝰ contradicimꝰ ea rõne ꝙ volũtas nõ ſemꝑ voluptatem quam optat aſſequit̃. nõ ergo deus delectationi quam peccãs ꝑcipit. ſed ei quam ex pctõ ſperauit tormẽta retribuit. Appetitꝰ ergo ſenſibil'. vt cœpimꝰ enarrare. ſi rem gratã offendit. exultat ꝛ geſtit. ſi in quidpiam qd̃ offendat. incurrit. mœrore deijcit̃. Tũc iraſcibilis ꝓ cõcupiſcibili pugnãs, qd̃ nocet aggredit̃. ꝛ ſi voti compos ſit. exaltat. ſin autẽ non pt̃. triſtat̃ ꝛ lãguet. Nec quiſquã. oro. me redarguat ꝙ in enarrãdis his verboſior fuerim. nam q̄ maior ſermõis ỽtꝰ eſt. q̄ʒ vt apertꝰ ſit: Adde ꝙ ſi vt Auguſtinꝰ inq̄t dicẽ nihil eſt aliud q̄ʒ quod animo cõtines auditori ſermõe oſtẽdere. Certe qui dicẽdo id nõ cõſequit̃ vt intelligat̃. dixiſſe nõ videt̃. ſed iam ad cętera feſtinemꝰ.

Quid ſit virtꝰ et viciũ. et in q̄ ſita ſint. Ca. xxvi.

h Abes iam q̄d vitium. quidue ſit ỽtꝰ Eſt namq̄ʒ ỽtꝰ in cõcupiſcibili ſeu iraſcibili habitꝰ ꝑ morem acq̄ſitꝰ vires iſtas legi ſubijciẽs et ad omne rõnis imperium hoiem ſemꝑ prouocãs ꝛ inclinãs. per morem acq̄ſitꝰ inde dictum ẽ. vt nõ putes ỽtutẽ moralem inſtar ſcię

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

a p̄ceptore infundi. aut id ꝟtutis eſſe qđ natura ſua ſpōte ꝑduxit. Sunt
em̄ pleriqꝫ natura neqꝫ ſcurrę neqꝫ ruſtici ſed vrbani. ſed id nō eſt in eis
ꝟtꝰ. at quędam potiꝰ naturę felicitas ac dei donum. Qđ craſſus auꝰ craſ
ſi q̇ a parthis interemptꝰ eſt nunq̄ꝫ riſerit. Antonia Druſi nunq̄ꝫ ſpuerit
Pomponiꝰ cōſularis poeta nunq̄ꝫ ructarit. natura id p̄ſtitit. non ꝟtus.
propterea id ī eis. vt Ariſtoteles docet neqꝫ laude. neqꝫ vituperio dignū
fuit. At ꝙ Socrates ſemꝑ eodem vultu neqꝫ hilari nimis. neqꝫ turbu-
lēto viſus ſit. id in eo viro ſapīa claro ꝟtutem exiſtimo. Vicium ꝟo in eiſ
dem potētijs habitꝰ eſt ꝑ morem inductus ad ea tm̄ inclinās: quę ſenſui
placeāt ꝛ applaudāt. Cum aſſueuit ergo cōcupiſcibilꝰ parere rōni. Cōſue
tudo hęc temperātia eſt. qua ſuadente cōſuetis hō abſtinet voluptatibꝰ ꝛ
a vitio quaſi ab extaſi in ſe reuerſum turpitudis ſuę pudet ac pœnitet Eſt
igiꝶ bonus habitꝰ animę ſanitas. nam ſicut corpꝰ tum demum beneualere
a medicis dr̄. cum ꝛ recte opaꝶ. et a cōtrarijs nō facile vinciꝶ. ſic ſcđm
phōs atqꝫ theologos tum animꝰ eſt incolumis cum ſm̄ rōnem agit. ꝛ in-
citamētis malis nō aſſentit. hoc ꝑ ꝟtutem habeꝶ. Virtꝰ igiꝶ. vt ex ſentē-
tia Platonis an̄ iam diximꝰ. animę ſanitas eſt. ꝙ ſi ſanitas. eſt ꝛ ꝑfectio.

¶ De quibus deinceps agendum. et quantum valeat ex arte certare. Ca. xxvij.

Unt Ariſtotele teſte in p̄mo ſecū doqꝫ ethicoꝝ libris in diuerſis
aię potētijs ꝑ ingenio ꝛ natura ipſaꝝ diuerſi habitꝰ ſpecieſqꝫ ꝟ-
tutum. Veꝝ poſt habitis alijs de his tm̄ agemꝰ. quę in iraſcibi
li collocanꝶ. qm̄ hęc ſunt q̄ plurimum valēt animi tuo morbo cōducere.
de fortitudie ſcꝫ ac patiētia. de ſpe ꝛ lōganimitate. de ꝑſeuerātia ꝛ fide ſub
ijciētes aliqua relatiōe digna. memorię iucūda. dulcia auditui. neceſſaria
vſui. has ꝟtutes ſi tibi cōciliaueris. ſi familiares. ac cōtubernales habue-
ris. nulliꝰ hoſtis vim formidabis. ex omni periculo erueris. in omni cer
tamine coronaberis. nam cum ab inicio ſcōꝝ comites ſemꝑ extiterint et
eoꝝ ſtrategemata viderint. docebūt te certare legitime. qđ quāti momēti
ſit audi Paulum dicētem. nō coronabiꝶ niſi qui legitime certauerit. Cer
tāt illi legitime qui bellicę rei peritiam habēt. peritiam autem illi habēt.
qui exercenꝶ diu ſcđm artem. q̄ poſtq̄ꝫ tranſiuit in habitū. naturę vim ſic
eleuat. vt par diuinitati neſcio qđ addat. Subijciam hic ex libro vegetij
de re militari p̄mū Caput. vt cognito q̇đ in corꝑalibꝰ bellis certādi lex va
leat. Certare ſpūaliter tāto magis diſcas quāto homīs magis intereſt vi
cia ſupare q̄ꝫ homīes. igitur eiꝰ hęc ꝟba ſunt. in omni prelio nō tam mul
titudo ꝛ ꝟtꝰ in docta q̄ꝫ ars ꝛ exercitium ſolet preſtare victoriam. Nulla
em̄ alia re videmꝰ populum Romanum ſibi orbem ſubiecaſſe terrarū niſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

armorum exercitio. diſciplina caſtrorum. atqꝫ vſu militie. Quid enim ad/
uerſus gallorum multitudinē paucitas Romanorum valuiſſet? Quid
aduerſus germanorum proceritatē breuitas potuiſſet audere? hiſpanos
quidem nō tm̄ numero. ſed etiam virib⁹ corporum noſtris preſtitiſſe ma
nifeſtum eſt. Aphrorum dolis atqꝫ diuitijs ſemꝑ impares fuim⁹. greco
rum artib⁹ prudētiaqꝫ nos vinci nemo vnqꝫ dubitauit. ſed aduerſus hec
omnia profuit Tyronem ſolertem eligere ius. vt ita dixerim. armorum
docere. quotidiano exercitio laborare. queqꝫ cūqꝫ in acie euenire prelijs poſ/
ſent. omnia campeſtri meditatiōe prediſcere. et quotidiano exercitio ro/
borare. ſeuere in deſides vindicādo. ſciētia enim rei bellice dimicandi nutrit
audaciam. Nemo facere metuit: quod ſe bene didiciſſe cōfidit. Et enim
in certamine bellorum exercitata paucitas ad victoriam promptior eſt.
Rudis ⁊ indocta multitudo expoſita ſemꝑ ad cedem. hec Vegetius. ex
quib⁹ conſtat. ꝙ ſi tanta diligētia in ſpūalibus bellis homīes vterentur.
quāta in corporalib⁹ vſi ſunt Romani. qꝫꝫ ſit homīe diabol⁹ ⁊ longi tē/
poris experiētia ⁊ ingenij perſpicacia. ⁊ mot⁹ velocitate preſtātior ſemꝑ
tamē victores eſſem⁹. Nam quod habet min⁹ a demone noſtra natura.
ſuppleret de⁹ per gratiam. ſi noſtram videret ſolertem induſtriam Ariſto
teles in ethicis in ꝟtutib⁹ inquit. ſcire ipſum parū eſt. immo nihil. vti ve
ro atqꝫ exercere plurimum. immo totum. ⁊ ibidem cōtra ignauos inuehi
tur dicēs. Sed pleriqꝫ nō ita agūt. verum ad diſputationes fabulaſqꝫ cō
uerſi putant ſe optime philoſophari. egrotos imitari qui ꝟba medicorū
audiūt quidem diligēter. faciūt autem nihil ex his que ſibi precepta ſunt
Ut ergo illorum corporib⁹ non bene erit. qui ita curātur. ita nec illorum
animis. qui ita philoſophātur

¶ Que ſunt arma ſpiritualia homini cum diabo lo pugnaturo. Ca. xxviij.

f Ortaſſe me miraberis ꝙ tibi quieſcere volenti ⁊ pacifico homi/
ni proponam militiam. bellum perſuadeam. ⁊ ad tyrocinij rudi
mēta ſolicitem. Ad te reuertere. rationem cōſule. ⁊ videbis hoc
eſſe ſalutare conſilium. putas ne te inter hoſtium caſtra victurum in pa/
ce? animaduerte vbi ſis. vbi cubes. in mundo in carne conſtitute anime.
qui quies que ſecuritas que pax eſſe poteſt? Memor eſto viſionis beatiſ/
ſimi viri Antonij Abbatis qui in exceſſum mentis poſitus vidit totum
orbē laqueis impeditū. Tota ſcriptura ſacra ad arma clamāte. tibi ꝑſua/
des in pace viuē? Militia ē vita hoīs ſup terrā dixit Job. ipſi ſcōꝝ prin/
cipes Aplī. ⁊ ipſoꝝ primi Petrus ⁊ Paul⁹ ⁊ pugnandū nobis eſſe ⁊ pu
gnādi artē ⁊ armaturā docēt. Petr⁹ enī inqt. Sobrij eſtote ⁊ vigilate ⁊

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

oꝛōnibꝰ. qꝛ aduerſariꝰ veſter diabolꝰ tanq̃ leo rugiēs circuit q̄rēs quem deuoꝛet. Cui reſiſtite foꝛtes ī fide. Ecce bellādum dr̄. hoſtem oſtēdit. periculum nūciat. arma demōſtrat ſobꝛietatē. oꝛōem fidem. his armis cū diabolo ē nō ferro nec funda dimicādum. hoſtis em̄ qualitas docet armaturam alit̄ cum gallis. al'r cum parthis. al'r cum liberis. al'r cū ſeruis decernēdum. ꝑptēa Paulꝰ ad epheſios ſcribēs admonet eos cum q̄ ſint hoſte cōgreſſuri. nō eſt nobis inq̄t colluctatio tm̄ aduerſus carnem ꝛ ſanguinē ſed aduerſus pꝛīcipes ꝛ ꝑtātes. aduerſus mundi rectoꝛes tenebꝛaꝝ harū cōtra ſpūalia neq̄cię in cęleſtibꝰ aduerſus igit̄ ſpūales hoſtes, q̄ certāt ꝓ cęleſti hēditate tollēda. ſpūalia arma ſunt habēda. ꝛ quenam ea ſint. bonꝰ armoꝝ doctoꝛ Paulꝰ expſſit. ꝑptēa inq̄t accipite armaturam dei vt poſſitis reſiſtē. in die malo. Armatura dei ꝟtutes ſunt. q̇bꝰ munitꝰ hō interioꝛ nō timeat a timoꝛe nocturno. a ſagitta volāte in die. a negocio ꝑambulāte in tenebꝛis ab incurſu ꝛ dęmonio meridiano. Et ſubinfert ſtate. ergo ſuccincti lumbos vr̄os ī veritate. hoc eſt vere cōtinentes eſtote. nam q̇ in agone cōtendūt ab oībꝰ abſtinēt; ꝛ illi quidem vt marceſcibilē coꝛonā accipiāt. nos āt incoꝛruptam. Lumbos ſuccingē eſt libidinē ac libidinis inſtrumēta velare. ligare cōficē. Unde ꝛ ſuccinctoꝛiū dr̄ veſtis qua pudēda velant̄. a lumbis libido re ꝛ nomīe deſcēdit. dr̄ em̄ libido ꝛ lubedo quaſi lumbedo. ſicut libet ꝛ lubet. ꝛ vtrūq̧ apud vetēs in vſu fuit. Un̄ ꝛ cq̇s libidis pꝛuritū incūtibꝰ lumbos ꝑcutiūt. ꝛ ſubiūgit induti loꝛicam iuſticię. Eſt āt iuſticia q̄dā ꝑticularis diuiſa in diſtributiuā ꝛ cōmutatiuam: et hęc eſt quattuoꝛ Cardinaliū vna. eſt ꝛ iuſticia general' ꝟtꝰ. ꝙ ſit totiꝰ legis obſeruatio legalis appellata. de qua dr̄ ab Euripede. neq̧ lucifer neq̧ heſperꝰ ita mirabil'. hęc igit̄ loꝛicę cōparat̄. quę armatura ē ꝛ munimētum coꝛpis quale in antiq̇s imꝑatoꝝ ſtatuis videmꝰ. habēs etiam cū numini addit̄ Meduſam ī pectoꝛe. nō ocioſę ſignificationis ſignū. ꝛ de hac quę ęgis dr̄. puto Paulum ītellexiſſe. loꝛica em̄ cum Meduſę capite iuſticiam nō ꝑticularē ſed legalem ſignat. q̄ arca eſt illa ꝓmethei in qua ꝟtutes oēs incluſit Heſiodꝰ. ꝛ bene numini attribuitur. ꝙ eam iuſticiam habere diuinum ſit. ꝑptēa loco p̄dicto addidit Paulꝰ vt poſſitis reſiſtere in die malo. ꝛ in omnibꝰ ꝑfecti ſtare. Perfectꝰ em̄ non ē. niſi q̇ aīo iuſticiam legalem hoc eſt oēm ꝟtutem amplectit̄. huic loꝛicę Meduſę caput. id eſt ſaxifica ꝟtꝰ inſcribit̄. qꝛ aſpectum viri q̄ omni ꝟtute ſit p̄ditꝰ abhoꝛrēt dęmōes, ꝛ pꝛę timoꝛe ſtupidicate cōtracta lapideſcūt. Et notādum ꝙ armaturam grauem Paulꝰ inſtituit cum iuſticiam legalem nominauit Eſt em̄ duplex armatura. grauis ꝛ leuis. hęc q̄dā arma. illa oīa cōtinet qui leui vtunt̄. ferētarios. qui ꝟo graui cataphꝛattos vocāt. quo innuit̄ aīam volētem de diabolo triūphare omnibꝰ armis muniri ꝛ cataphꝛattā

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

eſſe oportere. Subdit Paul⁹. Calciati pedes in pparatiōe euangelij pa-
cis. quo pcepto imbuit tyro ſpiritualis. vt omnes aīe vires. que mouēdi
corporis fungūtur officio. ſemper paratas habeat. Et ad capeſſenda iuſ-
ſa diuina expeditas ⁊ promptas. Sic etiam a magiſtris rei militaris iu-
niores in pmis ad gradum. ad curſum ad ſaltum inſtruūtur. ⁊ de Pom-
peio Saluſtius dr. q cum alacrib⁹ ſaltu. cum velocib⁹ curſu. cū validis
vecte certabat. nec em aliter potuiſſet par eſſe ſertorio. niſi ſe ⁊ milites fre-
quētib⁹ exercitijs paraſſet ad prelia. Proſequit Apoſtol⁹ in omnib⁹ ſu-
mētes ſcutum fidei. in quo poſſitis oīa tela nequiſſimi ignea extinguere.
Cōtra diaboli tela flagrātia pretēdendū eſt ſcutum. nō Cryſtallinū illud
palladis quo cōtra Meduſam vſus eſt Mercuri⁹. non quod fabrefecit
Enee vulcan⁹. ſed alteri⁹ materie: alteri⁹ artis. tela em diaboli nō ſunt
ignea. nō ſunt fulmina. nō ſunt phalarice. nō ſunt malta. qua Comage-
ne luculli Romani fugauit exercitum: iuiſibilia ſunt tela appetitum ita
ſuccēdentia. vt homīes illis ſauciati ſe ſe in mortem ſponte pcipitēt. Jllo-
rum autem vim fides extinguit: ſubiūgit Paulus. ⁊ galeam ſalutis aſſu-
mite. galea q caſſis dr munimētum eſt capitis. quo dat intelligi oporte-
re omnis ſenſus qui ſortiūtur ſedem in capite. defenſos eſſe memoria ⁊ de-
ſiderio ſalutis eterne. Sūt autem vt phyſici volūt ſenſus decem. quinqꝫ
exteriores qui omnib⁹ patēt. ⁊ interiores totidem. ſcꝫ ſenſus quem com-
munem vocāt. phātaſia. imaginatio. eſtimatiua. memoria. his ita vten-
dum. vt nihil imaginemur. nihil cogitemur. nihil in memoriam trāſire
ſinam⁹. niſi pium honeſtum. ſalutare. diuinum. Jdcirco dr a ppheta Co-
gitatio ſcā ſeruabit te. Turpes ⁊ imūde cogitatiōes miniſtri ſūt ſathane. ⁊
qꝫqꝫ animo blādiantur. cauēdum tamē ab eis tanqꝫ ab hoſtib⁹ quorꝫ tan-
to periculoſior eſt hoſtilitas. quāto illecebroſior eſt calliditas Arma que
hacten⁹ memorauim⁹ quādam patiētie ſpēm ideo pre ſe ferūt. q ſunt nō
ad offendēdum idonea. ſed magis ſeruāde ſaluti noſtre cuitādis accom-
modata vulnerib⁹. At qd addit Paul⁹. Gladius ſcꝫ ſpūs qd eſt vbum
dei. ad fortitudis naturam accedit. eius em eſt. vt ſepe iam diximus. nō pa-
ti ſolum. ſed etiam cum oportet iacturam inferre. vno autem modo vbū
dei eſt chriſt⁹. de quo Paul⁹ ad hebreos. viu⁹ eſt inqt ſermo dei ⁊ efficax. ⁊
penetrabilior omni gladio ancipiti. ⁊ pertingēs vſqꝫ ad diuiſionem ſpi-
rit⁹ ⁊ anime: quia diuidit appetitum a rōne. alio modo quicqd inſpirāte
deo ſancti loquūtur. eſt vbum dei. quo gladio vſus eſt Stephan⁹ cum ſta-
ret in cōcilio cōtra iudeos. Proptea de iudeis dr diſſecabātur cordib⁹ et
ſtridebant dentib⁹ in eum. vſus eſt ⁊ ipſe chriſt⁹. cum poſt ieiunium qua-
draginta dierum eſt cōgreſſus in deſerto cum diabolo. Exorciſte qui lati-
ne adiuratores dicunt diuinorum vborum vires agnoſcūt. ⁊ ei⁹ precipue

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

nominis. qđ quia quattuoꝛ lrīs ſcribitur tetragrāmaton đr. ꝓ quo nos dominꝰ. hebꝛei ꝟo legunt adonai. Qui ergo pꝛedcīs armis ſe munierit: erit ille foꝛtis armatꝰ. de quo chriſtꝰ đt in euāgelio. Cum inqͭt foꝛtis ar‑ matꝰ cuſtodit atrium. in pace ſunt omnia que poſſidet. Sic ergo inſtru‑ ctus ſtabis ad ianuam. Sūt autem ianua ſenſus exterioꝛes. atrium ꝟo interioꝛes. ꝛ cōſciētie domum ita cuſtodies. vt ab hoſtili defendat ingreſ‑ ſu. Si in pꝛīcipio pugne foꝛtiter feceris. ꝛ inſtar Toꝛquati hoſtes deie‑ ceris. arcem rōnis oppugnantes. a rege noſtro bꝛeui coꝛonaberis. Et vt de pugna magis qꝫ de pace cogites. paucis ita cōcludo. Tota homīs vita eſt pugna vel ſeruitꝰ. dum tu pacem cogitas. vitia te impugnāt. ſi nō pu‑ gnas. vinceris. ſi vinceris ſeruis. vita ergo eſt pugna vel ſeruitus. quem pugnare piget. ſeruire opoꝛtet. Et ſi qui impij ſunt q̇ pacem habere vide‑ ant. pax iſta non eſt pax. qꝛ nō eſt pax impijs. đt dominꝰ: ſed habere pacē vident. quia ſpōte ſeruitium ferūt. ꝛ ſe diaboli fecere mācipia. Dicat ergo aīa mēbꝛis coꝛpis q̄ pugne diuturnꝰ laboꝛ offendit illud Maronis.

O ſocij (neqꝫ enim ignari ſumus ante laboꝛum).
O paſſi grauioꝛa: dabit deus his quoqꝫ finem.
Durate, et voſmet rebus ſeruate ſecundis

Quo fine ſanitas querenda eſt. Ca. xxix.

d

Jcturus de his ꝟtutibꝰ ne interdicēdum tibi grauius ſubꝛepat incōmodum. ſtatui te paucis admonere. ne in eoꝝ ſentētiam ve‑ nias. qui cum egrotāt. tāto deſiderio ſanitatis vꝛgētur. vt hip‑ pocratis et Auicene remedijs nō contēti vſqꝫ ad delciramēta vetularum et magicas incantatiōes inſaniāt: accipe igit hoc noſtre militie documē‑ tum. ꝛ moꝛe romanoꝝ diſce in pace ita dimicare. vt cum bellum ingrue‑ rit. non frāgare. Quotiēs igit iniucūdi qđ accidit. quid appetitum ꝛ ſen‑ ſum offendat. vt phthiſis. febꝛis. moꝛbuſue aliꝰ licet diſpliceat toto cona‑ tu contine iraſcibilem. ne ad ꝓpellendum repēte cōſurgat. Cōſueuit em̄ temerarie niti ꝛ impetuoſe rōnem anteire. ꝛ id theologi ſurreptiōem vo‑ cāt. ante igitur rōem cōſulito. que eſt rectitudīs index. ꝛ in regno anime dei vicaria. ꝛ an moꝛbꝰ hic ferendꝰ an abigēdus ſit inueſtiga. reſpōdebit rō pythagoꝛicū illud. curādum eſt vt ſit mens ſana in coꝛpe ſano. nam coꝛ‑ pus aīe tanqꝫ inſtrumētū a deo tributū eſt. vt ad id qđ rō poſceret. ſe ido‑ neum ꝛ obtemperās exhiberet. at cum infirmū eſt: neqꝫ in publicis neqꝫ in pꝛiuatis negocijs ſeruit. ꝛ tūc animꝰ coꝛpe quaſi cōpede quadam ꝓ pe‑ ditꝰ a nature ꝛ ꝟtutis ceſſāt officijs fitqꝫ contra naturam membꝛoꝝ ſer‑ uus. que moderari debet ac regere. Dicit em̄ Criſpus: animi imperio. coꝛ‑ poꝛis ſeruitio magis vtimur. Rōnis iſta quidem ꝓbabilꝰ eſt. ꝛ equa re‑

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

ſponſio. cui etiam Pauli apoſtoli ad Timotheū ſcribētis cōſentit autori-
tas. Sic enī ait. Noli adhuc aquas bibere. ſed modico vino vtere ꝓpter
ſtomachum tuū. ⁊ frequētes tuas infirmitates. Appetit⁹ vero ⁊ ipſe ſa-
nitatem ſuadet vt rō. fine tamē differt. optat enī ſanari ac bene valere nō
vt examuſſim ⁊ caſtigate operet. ſed vt libidinoſe ac licenter inquinet. vt
ſcʒ more canum ad vomitum redeat ⁊ more ſuis ad volutabꝝ luti. Sed
hic eſt anime oculus neqꝫ. qui opus omne tenebroſum facit. neqꝫ enī ad
normam reſpicit. ⁊ ideo neqꝫ eſt oculus. quia ei⁹ malus proſpect⁹. limus
aſpectat. ſtrabo eſt. imo lucioſus: nam in luce cecutiēs videt in tenebris.
lux eſt virt⁹. tenebre peccatum. in his que ſunt pcti eſt circumſpect⁹ ocu
lat⁹ ⁊ ſagax. in his eſt argus. in his eſt Tiphys. in his eſt Dedal⁹. in his
vero q̄ ad ꝟtutem ⁊ ſapiam pertinēt. iners. ignauus. muricid⁹. ſomnolē
tior phoca. pigrior coclea. cecior talpa. at rationis bon⁹ eſt oculus. finem
namqꝫ probitatis intēdit. regulam ſemper tenens ⁊ perpēdiculum. pro-
pterea ⁊ opus eius eſt nitidum rectum interpolatum ac lucidum lucem
non refugit. videri non metuit. at opus malum tenebrarū amicum delite
ſcere cupit ⁊ in publicum vtpote ſue deformitatis conſcium. prodire non
audet. Timet occurrere ſatyricis. cynicis. veteribus comedis. veris no-
mē clatorib⁹. tetricis cenſorib⁹. pudet appellari. quod nō pudet eſſe. In-
genijs noſtris nature vis inſita ꝟtutem ī nobis depingit ⁊ vicium. nam
cum de vicijs loquimur. cōtractis ſupercilijs. frōte caperata. toruo aſpe-
ctu. truculēto vultu. verbis atrocib⁹ fulminamus. Species hec viciorꝫ.
Sed cum ſermo eſt de virtutib⁹ ex intimis anime penetralib⁹ exit in faci
em feſtiuitas hilaritas. alacritas. exit in verba quedā ſuaui loquētie pul
chritudo non fucata. que ſi perpēderis virtutis imaginem conatur expri
mere. Accedit ⁊ fame vulgare iudicium vicijs non parcēs. quod ore nō
poteſt more Philomene ſcripto promulgat. ſanitatem ergo fine propo
ſito quem ratio cōſulet querere licitum. imo ⁊ debitum. finem vero appe
tit⁹ reſpicere. turpe ac inhoneſtum

¶ Quomodo querenda eſt ſanitas. Ca. xxx

Ed ita finis rectitudo nō ſufficiat: niſi mod⁹ querēdi ſit licit⁹. li-
cita ſunt q̄ lege cōcedunt. cōcedunt aūt q̄ nō ꝓhibent. omne qd̄
pctm̄ eſt. ꝓhibitū eſt. ⁊ omne qd̄ ꝓhibitū. peccatū. Proptea vt
pituitā cures. fornicari nō licet. nec audiendi ſunt medici q̄ id corpis ſa
nationē. pctm̄ inducūt. q̄ enī demētia ē. vt corp⁹ mūdes aīam inquinare?
id ſil'e ē vt argētū ſerues aurꝫ amittē. ne veſtē amittas. corp⁹ occidē. Le-
gim⁹ Cōſtantinū imꝑatorē graui q̄dā morbo laboraſſe. cui erat medicorꝫ
iudicio cruor human⁹ ſingulare remediū. qd̄ optim⁹ p̄nceps chriſtianis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

dogmatibꝰ nuper imbutus cum audiſſet. abhorruit ⁊ malle ſe dixit ſemꝑ
egrotare. qꝫ tam immani remedio cōualeſcere. et q̄zq̄ꝫ hoc de Coſtantino
non legerim loco ſatis idoneo. ꝙ ſcꝫ eo morbo laborarit. tamen fidem facit
Pliniꝰ qui in vigeſimoſexto de naturali hiſtoria libro capite ꝑmo ſic inq̄t
Diximꝰ elephātiaſim ante Pompei magni etatem nō accidiſſe in italia.
et ipſam a facie ſepius incipiētem in nare primū. veluti lenticula. mox in
ualeſcēte per totum corpꝰ maculoſā varijs coloribꝰ. ⁊ inequali cute alibi
craſſā. alibi tenui. dura. ceu ſcabie aſpera. ad poſtremum ꝟo nigreſcēte. et
ad oſſā carnes apprimente intumeſcētibus digitis in pedibꝰ manibuſqꝫ.
Aegypti peculiare hoc malum. ⁊ cum i reges incidiſſet populis funebre
quippe in balneis ſolia temperabātur humano ſanguine ad medicinam
eam. ſic Pliniꝰ. quem locum citauimꝰ vt id medendi genꝰ olim in vſu fu
iſſe cōſtaret. Sed qd mox ſubinfert Pliniꝰ credi hoc de Conſtātino nō ſi
nit. ait enī. Et hic quidem morbꝰ in italia celeriter reſtinctꝰ eſt. ſi ergo tē-
pore Plinij qui ſub Veſpaſiano floruit. erat iam reſtinctus hic morbꝰ in
italia. ſimile veri nō eſt Cōſtantinū eo laboraſſe. qui poſt lōgum tempus
imꝑauit. ſed his omiſſis ad ea veniamꝰ vnde poteſt nobis impēdere peri-
culum. Prohibite igit̄ ſunt incātationes. ſortilegia. ac ſupſtitiones oēs.
que ſunt ſimpliciū vetularꝫ delirament̄a. nō deridicula ſolum verum ⁊ pe-
ſtifera. ac graui cenſura coercēda. ⁊ ſi vim aliquam vident̄ habere. nō ver-
borum. nō ſignorum. nō dei vis illa eſt. ſed fallaciū demonum nos vanis
obſeruationibꝰ illaqueare ſtudentium. Eſt in quīto decretalium libro ca-
put. cuiꝰ inicium eſt. Cum īfirmitas corpis. Vbi duo in medicos decre-
ta ſunt. ꝑmū vt priuſquā ad infirmorꝫ curam deueniāt. eos admoneāt vt
medicos aduocēt animarum. Petrꝰ aponēſis vir magne ſed nimiū au-
dacis temerarieqꝫ doctrine ſecutꝰ Orpheum. Zoroaſtrem Porphyriū.
Apuleium ⁊ ceteros damnate magie ſtudioſos in cōciliatore ſcribit in-
cantatiōes ad infirmorꝫ curam cōferre q̄zplurimū. Verum quia in decre
tis Gratiani. ca. xxvi. queſtiōe. v. capite nō liceat. Vanas iſtas ſtellarꝫ et
incātationum obſeruatiōes videt̄ ſanctorꝫ patrum damnare ſentētia Pe
tro aſſentiēdum non cōſulo. ſi tamē verba ſint ſancta. fideliter ⁊ nulla ſu-
perſtitiōe ꝑlata. vt ſymbolum fidei. ⁊ oratio dn̄ica. nō damnauerim. verꝫ
ea cum peccati ſuſpiciōe carebūt. nō iam incantamēta ſed religioſa ꝟba.
aut ſacre preces appellent̄. eadem queſtiōe in decretis capite vltimo. gem
mas herbaſqꝫ ſanitatis grā. ſine vlla incātatiōe deferre cōceſſum eſt. ima
gies ꝟo aſtronomorꝫ. characteresqꝫ ꝑter crucis ſignum penitꝰ damnant̄.
de qbꝰ etiam apud Thomā aquinatē multa i ſcda ſcde pte reperies que-
ſtiōe. xcvi. cum ocium lectiōi vacare te ſinet. ſꝫ hec breuit̄ dixiſſe volui. ꝙ
hac noſtra tēpeſtate pleroſqꝫ videmꝰ his malis artibus deprauatos clam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

inita cum diabolo amicicia q̄ꝫplurimos ſeducē ⁊ grauiſſimis erroribꝰ ani
mas implicare. nos autem quibꝰ ꝓpoſitum eſt nunq̄ꝫ a catholica purita
te diſcedere. talia floccipēdimꝰ eligētes magis ſemꝑ egrotare, q̄ꝫ cum ſal
uatoris cōtumelia ſanos eſſe. Damnati hec etiam ⁊ irrideri videnꝯ a Pli
nio libro naturalis hiſtorie. xxviij. Capite ſecūdo. tercio. ⁊ quarto. vbi re-
citatis q̄ꝫplurimis huiꝰ curioſe ac ſuꝑſtitioſe vanitatis exemplis. in fine
ſecūdi capitis ſubiūgit. Quapropꝫ de his vt libitum cuiq̄ꝫ fuerit opinenꝯ
Cetera igiꝯ que approbati medici remedia docēt. nō ſolū aſpernāda non
ſunt. verūetiam diligēti cura ſumēda. mediciſq̄ꝫ parēdum. ſi peritiā ha-
beāt medicādi dicēte ſcriptura. honora medicum ꝓpter neceſſitatem em̄
creauit illum deꝰ. ⁊ infra paululum. Deꝰ creauit medicinā de terra. ⁊ vir
ſapiēs nō abhorrebit eam. Cum poſt maris rubri trāſitum veniſſent iu-
dei in locum vbi fontes erāt amariſſimi. deꝰ conſulēti Moyſi remedium
q̄ꝫ petēti lignum indicauit. qd̄ naturali vi ſua miſſum in aquas amaritu
dinem abſtulit. poterat ſine ligno ſolo ꝟbo ſuccurrē. ſed ne res naturales
fruſtra feciſſe videreꝯ. monuit vbi opꝰ eſt fugiēdum ad eas. His igitur q̄
lex ⁊ ratio damnāt ꝑtermiſſis. ſic de corpis ſanitate curādum eſt. vt quic
quid agiꝯ ad anime ſanitatem referaꝯ. ⁊ ab anime ſalute ſumatur exordi-
um. Quod ſi cōtingat ſanari nō poſſe Sunt em̄ morbi quidam incura-
biles. virum ſapiētem equo animo ferre decebit morbum tanq̄ꝫ a deo miſ
ſum. qui nunq̄ꝫ percutit niſi vt ſanet. qui nos caſtigat vt melioꝛes reddat
et ex damno iacturaq̄ꝫ corporis profectū querit interioris homīs.

De patientia. Ca. xxxj

Ediam ad fortitudīs ⁊ patiētie tractatum vt ꝓmiſimꝰ. per cō
pendiū ſermonis accedam. Mala que accidūt aut inferūtur li-
cet vt ante dixi repellere ſeruata norma legis ⁊ rōnis. habitꝰ in
iraſcibili. qui ad hoc inclinat. fortitudo dr̄. facit em̄ aīm ad ſubeūda peri-
cula ſublimē. elatum atq̄ꝫ cōſtantem. ⁊ quātum ⁊ quando oportet ſemꝑ
audentē. vt nō ſecari. nō vri. nō amaris potari metuamus. aīos igiꝯ ocio
ſos excitat. excitatos erigit. erectos firmat. ⁊ imobiles reddit. hec in īfir-
mo ꝟtus tum optima eſt. cum ſaluti locꝰ eſt. ita tamē ea vtēdum vt frene
tur iraſcibilis. nam more impatiēs excādeſcit. ⁊ bile quaſi bos oeſtro con
citaꝯ. natura vero nō ſtatim. nō in momento. ſed tractu tꝑis operaꝯ. At
vbi ſanādi ſpes nulla eſt. debet infirmꝰ ſeſe cohibere. ⁊ amuletum ferre pa
tiētie. Patiētia ergo habitꝰ eſt in iraſcibili. que nō ad impugnādum ea q̄
cōcupiſcibilē offendūt ⁊ ſenſui nocēt. ſed ad equo animo tolerādum incli
nat. ipſiꝰ namq̄ꝫ iraſcibilis flāmam extinguit. rabiem ſedat. furorē emol
lit. fiet autem ī nobis hic habitꝰ. ſi aduerſa mitiſſime ⁊ ſine reſiſtētia fre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

quētēr feramus.ſic em̄ paulatim violēta hec ⁊ īmaniſſima fera p̄t ſubigi
frāgi ac domari.tātoq̨ eſt maior patiētię q̄ fortitudis virtꝰ.quāto gra-
uius ac difficilius eſt malis.nullo pacto q̄ recte reſiſtere fortitudo em̄ vt
aiūt iuriſcōſulti cum moderamīe inculpatę tutelę.hoc eſt ſic ſe tuendo vt
culpari nō debeat reſiſtit.patiētia nullo modo. Hinc Jacobꝰ dicit.Om-
ne gaudium exiſtimate frēs cum in varia tentamēta incideritis. Scien
tes ꝙ ꝓbatio fidei veſtrę.i.dum aduerſa patimini.patiētiam operaꝛ.Pa
tiētia vero opꝰ perfectum habet.nam cum habitꝰ eſt inductꝰ.tum demū
perfecte opamur.non em̄ valet patiēs niſi habitum habuerit plene opa-
ri.iuuat nāq̨ habitꝰ rationem ⁊ cōiunctis viribꝰ fortius enitūtur.Sco-
tus in tercium ſentētiarum diſtinctiōe.xxxiiij.fortitudinē dicit genꝰ eſſe
ſub quo ſpecies collocātur duę vna qua aduerſa repellēdo certamꝰ.⁊ hāc
bellicoſitatem vocat.altera qua ęquanimiter ferimꝰ.⁊ patientia dr̄.atq̨
ita ſcd̄m eum nō diſtinguiꝛ a fortitudīe patiētia.vt ſpēs a ſpecie.vt hō a
leone.ſed vt ſpēs a genere.vt puta homo ab aīali.⁊ erit patiētia bellicoſi-
tate tāto prętantior quāto appetitum magis infrenat.De his aliter ab
alijs diſſeri ⁊ p̄cipue a Thoma aquinate neſcij non ſumꝰ.ſed more acade
micoꝝ nulli ſectę addicti ex vnaquaq̨ arbitratu noſtro qd̓ placet aſſumi
mus. Hęc de verę penitētię ꝟtute tradita ſint. Eſt em̄ alia quędā malo-
rum tolerātia.quę virtꝰ non eſt.vt in auaroꝝ negocijs eſt cernere.de qui
bus Horatiꝰ inquit. Impiger extremos currit mercator ad indos. Per
mare pauperiē fugiēs ꝑ ſaxa per ignes. Uerum hāc duriciem rectius vo
caueris teſte auguſtino. Neq̨ em̄ vere patiēs eſt.qui vt dicetur ſuſtinet
tot aduerſa.patiēs eſt qui ꝓ ꝟtute.pro legibꝰ.pro pietate.pro deo nititur
quicq̇d acciderit ferre.nec frangitur

De gradibus patientię. Ca.xxxij.

Erum patiētiam quę ꝟtus eſt excellētiſſima tres habere gradꝰ ī
v uenio.vnum qui ⁊ ꝑfectiſſimꝰ eſt.illis attribuūt.qui aduerſa nō
ſolum cum opꝰ eſt ferūt.ſed etiam quęſitū eunt.⁊ quaſi mercena
rij opꝰ vnde aliq̇d lucrenꝛ inquirūt.⁊ qd̓ inquirūt inuēto gratulanꝛ.hoꝝ
quoq̨ duo ſunt ordies. Martyres quidā. Cōfeſſores alij.fuerūt em̄ tpi-
bus illis cum in perſecutiōe creſcebat eccleſia.ſicut ſub Nerone p̄mū.de-
inde ſub Domitiano.⁊ pleriſq̨ alijs impatoribꝰ.multi chriſtianorū.qui
aſpirāte dei gratia tāta fortitudīe ⁊ patiētia excellebāt.vt tormētis cruci
atibuſq̨ tyrannoꝝ volūtarie ſeipos.cum latere poſſent.obijcerēt Secū-
dus ordo cōfeſſoꝝ eſt.quibꝰ ⁊ ſi tyrāni pepercerūt.ipſi tm̄ ſibi non parcen
tes.⁊ in ſeipos irati qd̓ pœnitētię genꝰ eſt optimum.crucem ſuam tule-
re poſt chriſtum. Iſti coram homibꝰ modici ac humiles ſed deo magni ⁊

excelſi ſunt illi de quib⁹ in die iudicij quã do cõſciẽtiaꝝ libri ꝓferent. iudex
viuoꝝ ac mortuorũ dicet. Venite benedicti patris mei ꝑcipite regnũ qđ
vobis paratũ eſt ab origĩe mũdi. Tũc in iſtos Chriſti puulos ſeculi ꝑnci
pes ac magnates q̃ modo theſauris incubãt. horrea dilatãt. mollib⁹ veſti
untur. ſplẽdide cõuiuant. alteri⁹ vitę ritum admirãtes ꝛ prę triſticia ſpi-
rit⁹ gementes. repetẽt illud ſapiẽtię dictum. hi ſunt quos aliquã do habu
im⁹ in deriſum ꝛ in ſimilitudinẽ improperij. nos inſenſati vitam illoꝝ ex
iſtimabam⁹ inſaniam. ꝛ finem illoꝝ ſine honore. Ecce quõ computati ſũt
inter filios dei. ꝛ inter ſanctos ſors illoꝝ eſt. ergo errauim⁹ a via veritatis.
et de hoc iã ſatis. Prim⁹ igit̃ hic atq; optimus patiẽtię grad⁹ eſt. In quo
ſi Ludouicum morbiolum cõciuem tuũ qui anno ꝑterito funct⁹ eſt vita.
collocauero. q̃q̃ multi ſint. vt ſemꝑ fuerũt. qui iuſti ſimplicitatẽ deride-
ant. non ero fortaſſe grauiter cõdemnand⁹. Secũdus grad⁹ eſt eoꝝ. qui
nõ quęſitum eunt nec inuitãt ad ſe mala. attamẽ cum veniũt benigne ſu
ſcipiũt. ꝛ reuerenter tanq̃ dei nũcios amplexãtur. Ex hoꝝ numero fuiſſe
Job arbitror. cui⁹ in patiẽtia nomen eſt clarum. Ipſe namq; cũ ſuoꝝ cla
dem audiſſet coelum ſuſpiciẽs dixit. Domin⁹ dedit. dñs abſtulit. ſicut do-
mino placuit ita factũ eſt Sit nomen dñi benedictũ: huic adiungendus
eſt Thobias qui coecitatem oculoꝝ tam patiẽter tulit. vt ab angelo cura
ri meruerit. Tercium ac infimũ patiẽtię gradum illi ſibi vendicãt. q̃ ma
la neq; quęrũt. neq; cum venerũt gratãter accipiũt: ingreſſa non eijciũt:
ſecum patiũtur grauate ferũt. conquerũtur etiam. tamẽ ſedata bile in de
um nõ elati muſando tranſeũt. et a vicio parum diſtãtes in extremis pa-
tiẽtię marginibus ſedent. Et hi ſunt qui noſtra hac ętate viri boni ſunt.
vix reſtant nobis antiquę ꝟtutis iſtę reliquię. ꝛ raris quidem in locis: vt
periculum ſit ne ꝛ ipſę quoq; breui collabãtur

¶ Venerãdi fratris Baptiſtę Mantuani Carmelitę Iſagoges ad patiẽtiam. Liber Secũdus

¶ Qđ patiẽtia via ẽ ſcõꝝ ad cœlũ. Ca. primũ

Is igit̃ maiore fide q̃ʒ eloquẽtia dictis velim te vir prę-
ſtãtiſſime paulo alti⁹ inſpicias. et abiectis ſeculi curis:
et ſpinis illis quę iuxta chriſti parabolam ſemen: hoc ẽ
verbum dei fructificare non ſinunt. excaſis: teipſum in
trinſec⁹ q̃ras. iuxta illud perſianũ: nec te q̃ſiueris extra
et cũ aĩo tuo rõem ponas: aĩaduertaſq; ĩ quonã patię gradu ſis ꝯſtitut⁹.

Quod ſi fortaſſe: quod minime ſuſpicor. a patiētia te excluſum videns. ſcito te a ſanctoꝝ ſorte ſepatum. Quotquot em̄ a mundi exordio ad noſtrā vſqꝫ ętatem deo placuerūt. crucis patibulū in mortali ſuo corpore portauerūt. Audi quid in pſalmis dr. Propter te mortificamur tota die ęſtimati ſum⁹ ſicut oues occiſiōis. Item trāſiuim⁹ per aquā ⁊ ignem. ⁊ eduxiſti nos in refrigerium. Paul⁹ ad hebręos de ſanctis ita loquit̄. Alij ludibria ⁊ verbera experti. inſup ⁊ vincula ⁊ carcēs. lapidati ſunt. ſecti ſunt tētati ſunt. in occiſiōe gladij mortui ſunt. Circuierūt in melotis. quę ſūt pelles ouinę. in pellib⁹ caprinis egētes. anguſtiati. afflicti. quib⁹ dignus erat mund⁹. in ſolitudinib⁹ errantes. in montib⁹. in ſpelūcis. ⁊ in cauernis terrę. Sed quid ꝑ multa vagor. Non ne Innocētiſſim⁹ abel quem iuſtum in euāgelio chriſt⁹ appellat. prim⁹ omnium ſanct⁹ ab impio fratre Chaim occiſus eſt: Dauid quem ſcđm cor ſuū de⁹ inuenit vixit ⁊ erexit. nōne regis Saul. nōne allophyloꝝ. nonne filij dilectiſſimi petitur iſidijs: Nōne ęſaias in duas partes ſectus: nōne Hieremias lapidib⁹ obrutus: nonne Helias a Hiezabel fugat⁹: nōne Zacharias barachię filius inter templum ⁊ altare eſt occiſus: Pro ſalute patrię Iudas machabęus diu fortiter ac animoſe pugnās cum tota fratrum ſtirpe delet⁹ eſt. ſub Alexādri magni ſucceſſorib⁹ vt maccabęorum teſtatur hiſtoria. Iudei qui legem veteri ⁊ obſeruare voluerūt miſere trucidati ſunt. inter q̄s eleazarus vnus de ſeniorib⁹ ſcribarum. vir ętate prouectus vultu decor⁹. vitę ſanctitate venerabilis. cum porcinam carnem cōtra legis inſtituta comeſſe cogeretur. maluit iuſte ⁊ religioſe mori q̄ꝫ flagitioſam ignobilem qꝫ vitam paulo ampli⁹ producere. dum igitur in tormentis cōſtitut⁹ vicinam mortem videret. ſic exclamaſſe dicitur gemēs. Domine qui habes ſanctam ſciētiam. manifeſte tu ſcis. quia cū a morte poſſem liberari. duros corporis ſuſtineo dolores. ſcđm animam vero ꝓpter timorem tuū libenter hęc patior. fuit iſte profecto digniſſim⁹. qui in cœlum reciperetur quoniam tam animoſe tam fortiter terrenum hoc corp⁹ pro lege dei tormētis obiecit. Taceo Ioānem baptiſtam. taceo apoſtolos. taceo martyres. quoniam nota magis nulli dom⁹ eſt ſua. Ioſeph Innocēs a fratrib⁹ venditur. Suſana deteſtabilem calumniam patitur. Daniel leonib⁹ obijcitur. Sed quid plura: Terrena hęc habitatio malis eſt mater. bonis nouerca. Tu ergo Carole Antoni noli triſtari. imo magis gaude. ⁊ gratias age q᷑ in hoc venerando cœtu tot ſanctorum pari cum eis ſorte numereris. nihil hęſitans breui futurum vt ſicut cum eis fueris in pœnis. ſic etiam cum eis in cœlo coroneris. Nonne meminiſti quod non ſunt condignae paſſiones huius temporis ad futuram gloriam. quae reuelabitur in nobis: Quod ſi meminiſti. cur tantum te ma-

ceras.cur moerore cōficeris: In hoc dolorum torculari premeris vt fru
ctum afferas.vt cōſciētię rubiginem exuas vt cęleſtem animum in coelū
attollas. Si dicat aurū argētario cur me coquis: cur me cędis: cur me
lanias: nōne recte reſpondebit vt ꝑficiaris.vt ad eam ad quam es genitū
gloriam ꝑuenias: Proptēa ſcriptum eſt.quem diligit deꝰ.corripit.⁊ ca/
ſtigat omnem filium quem recipit. Et teſte Plinio quoddam aquilę ge
nꝰ.qđ halięetum vocāt.hęc pullos mox vt nati ſunt.cōtra ſolem ſtatuit.
quos fixa acie ſolem ferre poſſe viderit.ſeruat educādos: quos autem ocu
lis cōniuere ⁊ radijs offendi dep̄henderit. tanq̄ȝ indignos vita eliminat.
Nō aliter ꝑfecto deꝰ nobiſcum agit.nam quos videt in aduerſis aīo deij/
ci.educare nō curat.qui ꝟo ſubſiſtūt ac durāt.cuſtodit ⁊ nutrit.de quorū
numero fuit ille q̇ dixit.ꝓpter nomē tuū deduces me ⁊ enutries me. Itē
ſicut adipe ⁊ pinguedīe repleat̄ anima mea. ⁊ ipſe deꝰ apud ęſaiam de Iu
deis cōquerēs.filios inq̇t enutriui ⁊ exaltaui.ipſi autem ſpreuerunt me.
Quādiu eñ beneuiuēdo Deo adhęſerūt cum eo q̇ dixit. Mihi autē ad/
herē deo bonum eſt.⁊ ponē in deo ſpem meam. tamdiu eos pauit ⁊ rexit.
At poſtq̄ȝ cum filio ꝓdigo receſſerūt.ſubſtātia ſua portiōe cōſumpta.qꝛ
nunq̄ȝ ad patrem redierūt.porcinis cibis ali.⁊ in agreſtē naturam trāſi/
re permiſſi ſunt.

¶ Rationes philoſophorum cur corpus humanum factum ſit fragile. Ca.ij.

At dicet quiſpiam q̇ mūdi huiꝰ harmoniam ignoret. Cur huma
a num corpꝰ tam fluxum ac fragile fabricatꝰ eſt deꝰ.cum lapidibꝰ
et ferro tantā duriciē reſiſtēdiq̄ȝ potētiam indiderit Quid huic
reſpōdebo.niſi ꝙ apud. A: Gelium libro ſexto noctium atticaꝝ capite p̄/
mo dixiſſe Chryſippū in libro de ꝓuidentia legiſſe me memi: Ait eñ non
fuiſſe principale naturę cōſilium vt faceret homīes debiles,ac morbis ob
noxios. Nunq̄ȝ eñ cōueniſſe hoc naturę autori parētiq̄ȝ omnium rerū
bonaꝝ.ſed cum multa magna gigneret pareretq̄ȝ aptiſſima ac vtiliſſima
per ſequelā adiūcta ſunt incōmoda. Nam cum rōne ſubtiliſſima deꝰ ho/
minem fingēt.vtilitas ipſa opis poſtulauit.ve tenuiſſimis minutiſq̄ȝ oſ/
ſiculis caput cōpingeret.ſed hāc vtilitatem rei maioris alia q̄dā incōmo
ditas extrinſecꝰ ꝯſecuta eſt.vt ſcȝ eſſet caput minꝰ munitum.ictibꝰ offen
ſionibuſq̄ȝ paruis.etiam peruium ac fragile. Inde q̄ȝ morbi ęgritudineſ
q̄ȝ cōſecutę ſunt.hāc ſentētiam cōtemplatꝰ Auerrois in libꝛ Ariſtotel'
de aīa dixit. Senſus in aīalibꝰ cauſam dediſſe breuioris vitę Nam vt eui
dentiꝰ certiuſq̄ȝ ſentiamꝰ.carnes oportuit eſſe molliſſimas.at molliora fa
ciliꝰ offendūtur.magiſq̄ȝ patēt nocumētis q̄ȝ lignea duraq̄ȝ corpa. Utili

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

tas igiꝛ homīs ad hāc operis qualitatem duxit artificem q̇ua de re qui cō
querūtur (Cōquerunꝛ autem ſoli imperiti) merētur ſenſu rationeqꝫ ſub
latis, in lapides ⁊ ligna cōuerti, quoꝝ naturam magis ęmulātur. Finge
per ꝓſopopoeiā, quam poetę ⁊ ꝓphetę ſępe vſurpāt. duos coram te ligni
truncos humi iacētes interrogāti tibi reſpōdere. Interrogenꝛ autem q̇d
nam eſſe malint. quam a fabro formam ſortiri cupiāt. Rn̄deat p̄m⁹. Ci-
tharam me facito. Alter in aratrum me dolato. Citharę rō ſubtilitatem
poſcit tabellaꝝ. Corpuſqꝫ q̇d facile lędi ⁊ cōfringi poſſit. Quid igiꝛ ſi li-
gnum poſtq̄ꝫ vt popoſcerat Lyrę formam ſortitum eſt de ſua fragilitate
cōqueraꝛ. admittem⁹ ne hanc quęrimoniā, an nō potius obiurgabim⁹ ⁊
ingratitudis ac inſipiētię truncum accuſabim⁹, ꝙ opifici grās nō agat:
et formę nobilitati duriciem p̄ferat: Sic ꝑfecto de noſtra hac fragilita-
te: ſeu vt philoſophi dicūt. naturali impotētia quam vitalium oꝑationū
ratio poſcit cōqueri. hoīs eſt ingrati ſimul ⁊ ſtulti. Quis em̄ mentis cō-
pos ſine his quidpiam cōſequi ſtudeat quę iuncta illi neccārio videat: hoc
eſſet naturam velle ſubuertē. ⁊ vt ita dixerim exoptare ſolem ſine luce. ter
ram ſine mole. Mundum ſine deo. In hoc ſum⁹ ſapiētes d̓t apud Cice-
ronem Cato. ꝙ naturam optimam ducem ſeq̇mur. eiqꝫ parem⁹. Subij
cere libet, q̇d Plotinus Platonic⁹ vir excepta infidelitate diuin⁹ in pri-
mo de ꝓuidentia libro capite. xi. de huiōi ſenſerit. ait nāqꝫ. Quemadmo-
dum artifex nō omnia q̄ in aīali ſunt efficit oculos. Ita neqꝫ rō fecit om-
nia deos. Uerū alia quidem eſſe deos ſtatuit. alia ꝟo dęmones ſequēti na-
tura. Poſt hęc autem homīes. aīaliaqꝫ deinceps. neqꝫ id quidem inuidia
ſed rōne intellectualē habēte varietatem Nos aūt ſic affecti ſum⁹ ſicut im-
periti picturę. q̇ pictorem damnāt. ꝙ non vbiqꝫ pulchros ęque colores
poſuerit. Pictor autem vnicuiqꝫ parti q̇d eam decebat attribuit. Ciuita
tes q̄ꝫ bene inſtitutę nō ęqualiter in omnib⁹ diſponūtur. Pręterea quis
nam comoediam tragoediamqꝫ vituperet. ꝙ omnes ī ea nō ſint heroes. ſꝫ
interſit ⁊ ſeru⁹. ⁊ ruſtic⁹ aliquis rudiori voce ꝓnunciās. Poema tn̄ non
erit pulchꝝ. ſi quis inde tollat deteriores. hęc Plotinus. quę q̇ꝛ ſunt nr̄is
admodum cōſentanea ſubieci. Ergo duplex homīs natura cum ſit. vna
oīb⁹ homīb⁹ ꝯmunis. vt recto corꝑe eſſe: duas man⁹. duos pedes habere.
loqui. intelligē. altera vnicuiqꝫ ꝓpria. vt talis oris figura talib⁹ lineamē
tis eſſe fictum. vtrāqꝫ ⁊ cōem ⁊ ꝓpriam. Sapiēs vir ęquo aīo feret ⁊ fa-
ciēs ex neceſſitate (vt aiūt) ꝟtutē. corꝑis deformitatē ⁊ damnū vertet in
animi opulētiam atqꝫ ornatū Nō ab re fuerit hic annotare q̇d in p̄mo li
bro ethicoꝝ de foelice homīe ſcribat Ariſtoteles. cōfert em̄ eum quadran
talib⁹ ſeu teſſeris. quib⁹ in alueolo ludiꝛ, gręci cubos vocāt. ꝙ videlꝫ ſicut
teſſerę quomodocūqꝫ iactētur. ſic ſemꝑ in vnam partem incumbūt vt et

rectitudinē ⁊ inmotam ſtabilitatem retineāt. ita homo cordatus ⁊ vere ſapiēs quo res cūqʒ cadant. ⁊ in quamcūqʒ fortunam inciderit. feret optime. ac per omnia omnino decēter. ꝙ ſi quotidianos caſus ſic ferre debemus. quomodo non feremus etiam eos quos euitare cōmunis omnium parens natura non potuit.

¶ De quattuor corporis humoribꝰ. Ca. iij.

Sunt qui laborāt bile atra. quam noſtri Medici greco vocabulo melancholian vocāt. Sunt qui praſina ſeu porracea vel etiā fulua (grece χολὴ dr) plus Juſto abūdent. Sunt qui phlegmate quam vocāt latini pituitam ſuffocent. Sunt quibꝰ impedimento eſt ſupfluus ſanguis. hęc (vt ſupra diximꝰ) ante primi homis culpam tāta harmonia ꝯtinuata erāt. vt ex ipſis. neqʒ mors. neqʒ morbꝰ. neqʒ moleſtię quicq̄ʒ emergeret. At ſoluta homis in deum obediētia. ſoluta ē humorum huiuſmodi pax. diſſipata cōcordia. Pituita predominās ſynanchias. Melancholia quartanas. Cholera tercianas. Sanguis q̄tidianas febres facit. Hoc autem exempli gratia dictum ſit. Nam multis et innumerabilibꝰ pene modis humores iſti a medio diſcedētes genera infinita morborum inducūt. Cholera item fulua: quia acuta eſt ⁊ ignea. repētinas iras tollit. ⁊ quaſi nimbus Aeſtiuus cito deſiſtit. atra ſi iram cōcipiat. eiꝰ eſt pertinax. ⁊ ſero ſe cohibet. qui illam patiūtur Iracūdi vocant. Qui vero hāc amari ⁊ acerbi. ſunt etiam qui atram cum fulua miſcuerit et in his ſicut humoꝝ. ſic ⁊ morum mixtura cōſurgit. ⁊ mediū locū tenēt inter p̄dictos Hippocrates vocatꝰ ab abderitis vt curaret Democritum ſemp ridentē. inuenit eum ī agro auiculas exenterantē. ⁊ receptacula humoꝝ iſtorum veſtigātem. multum eñ confert. et ad Salutem corpoꝝ ⁊ ad mores humanos iſta cognitio. ⁊ beneficio medicinę fieri pt vt quis in nouam ꝯplexionē. ⁊ p ſequelā in moꝝ trāſeat nouitatē. ſicut in his patet qui bilem atram polypodio ⁊ elleboro. fuluam ſrō curant tu pontico. q̄d pharmacopolę reubarbaꝝ vocant.

¶ Quō complexiões diſtribuātur a deo Ca. iiij.

At dicet iterum quiſpiam. cur hęc ita diſtribuit deꝰ. vt bilem ho-
a ratio. phlegma heraclito. ſanguinem Socrati. melancholiam Oreſti tribuerit? Quę nam ratio fuit ita diſpēſandi? caſu ne iſta an prouidētia vlla gubernātur? reductꝰ ſum ī ſyrtes quas prius effugerā tentabo igitur breuibꝰ verbis etiam hinc elabi. ⁊ ſiquid nouę mercis inuenero. poterit his quę ſupra diximus applicari. vt ex his duobus locis vna ſententię veritas, ⁊ ex duobus capitibus vna diſciplinę fiat integri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

tas. Magnę (vt verum fatear) ꝑſumptiōis hęc quęſtio. Cui Paulꝰ apo
ſtolꝰ vas electiōis vſqꝫ ad tercium coelum raptꝰ ſic reſpōdet: nonne habet
ꝑtātem figulꝰ ex eadem maſſa aliud quidem vas in honorem. aliud in cō
tumeliam facē: Sufficēt hoc dixiſſe. quia iudicia Dei abyſſus multa. in
ueſtigabiles vię, ⁊ occulta cōſilia. nec tm̄ debet humana temeritas auden
do ꝓcedere. vt ea cernere velit. quę latere Deꝰ inſtituit. Neqꝫ em̄ domino
gratꝰ erit ſeruꝰ qui penetralia atqꝫ adyta cūcta q̄ in domo ſunt. ꝑluſtrare
tētauerit. ea namqꝫ temeritas magis videt̃ explorantis inſidias. q̄ꝫ ſerui
officium pręſe ferre. Sic licet inq̄ꝫ reſpōderi poſſit. Dicam tamē aliquid
balbutiēs ⁊ id Auguſtini fretꝰ autoritate. Auguſtini viri ſanctiſſimi et
ſapiētiſſimi hęc eſt ſermōe breuis ac ſimplex: ſenſu ꝟo longa multiplexqꝫ
ſentētia. quam Theologi noſtri ſępe vſurpāt. Sic deꝰ res quas condidit
admiſtrat. vt eas agere ꝓprios motꝰ ſinat. Igit̃ ſicut anima in toto cor
pore ſic deꝰ ſemꝑ operās in toto mūdo vires naturis ꝓ mucrone addidit.
et opari eas inſtituit. imo inſtrumēta ſua fecit. quibꝰ cum deo patre fabri
filiꝰ vſqꝫ modo operās vteret̃. Has igit̃ vires nec opari impedit. nec ope
rātes deſerit. ſed ſicut nauta nauium iuuat ⁊ dirigit. ille in portum. iſte i
finem. ⁊ queādmodū ociante aīa membra ſopiūtur. ſic ceſſante deo. vt in
igne babylone monſtratū eſt. omnis naturę conatꝰ inanis eſt. Immo ſi
naturę quas ipſe cōdidit ne operētur ꝑ ipm̄ ſteterit videri poterit cōfite
ri. vel eas nō recte factas. vel ſe facturę ſuę pœnitē. ꝑt tamē ſi vult ⁊ aliq̄n
vult. raro tamē id vſu euenit. ꝑter naturę ordinem q̄dā ⁊ facē ⁊ ſuo arbi
tratu impedire. Ea q̄ in coelo ſunt ſidera ſeu ſint ignes vt Platonici. ſeu
quędam quīta eſſentia vt Peripatetici volūt: nō ſigna tm̄ rerum inferio
rum. ſed cauſas eſſe nō dubium. id em̄ oēs Aſtronomi id Ariſtoteles in
meteoris. id in ſcdm ſentētiaꝝ Theologi. id ipſi cōfitent̃ oculi nr̄i Quis
eſt em̄ tam hebete viſu vt nō videat ſole diſcedente. naturā mœrere. aues
cōticeſcere. frōdes defluere. rurſus ipſo reuertēte mūdum exultare. terrā
operiri. plātas reuiuiſcē. oīa inſtaurari. Vires ergo ſideribꝰ datę terram
et terrę naſcētia ſic afficiūt. vt hoc ſi comedas in bilem. illud in pituitam
aliud in ſanguinem trāſformet̃. quo fit vt homīe varijs ꝓ arbitrio ſuo ci
bis vtente variet̃ in eo ⁊ ſtomachi et epatis ⁊ renum. ⁊ ꝑ ſequelam ſemis
quoqꝫ et vuluę cōplexio. Sinit ergo deꝰ pro ſeminū qualitate. ꝓ diſpoſi
tiōe materni vteri. ꝓ cœli. ⁊ ſtellarum aſpectibꝰ. pro ciboꝝ et diętę natu
ra. fieri cōplexiones hoīm diuerſas. ⁊ corpa noſtra in īfinitas ire differē
tias. Angeli ꝟo. qui rebꝰ humanis a deo ꝑfecti ſunt. miris modis iſta vel
ſuo vel dei arbitrio moderātur. hoꝝ ſciam vocamꝰ magiam naturalē. Cu
ius Iacob nō ignarꝰ ouium fœtꝰ colorabat in vtero. ⁊ hic modꝰ varia ꝓ
creādi. Poteſt em̄ Angelꝰ quiſpiam tibi neſciēte te perſuadere vt hoc ma

gis q̃ȝ illud comedas: vt cibis ita cōcoctis fiat coagulatio certi ſemis: vt
hac magis hora cocas: vt mulieris vulua: quam medici matricem dicūt
ſit ſic affecta. Quibꝰ variatis variari quoqȝ fœturam oportet. Cur autē
in meam magiſquā in tuam perniciem iſta cōtingāt. Neſcire me fateor
qui autem cām dicūt decorem vniubrſi: nō faciūt ſatis animo impatiēti
grauiter ferēti ſe cum decore vniuerſi dedecorari. Sed ignorata cā: igno⸗
rari nō licet hec omnia ęquo aīo ferēda: cum vnicuiqȝ pſuaſum eſſe debe
at: nihil a dei numine ſine recta rōne fieri poſſe. Sȝ ſunt quidam non mi
nus impij q̃ȝ imperiti: tam arrogātes: tam proterui: tam inſolētes ⁊ im
phriniti: vt velint naturarū omnium ꝟtutes ac opatiōes: angeloꝝ etiam
ritus ⁊ officia ꝓpter ſui pedis morbum imutari. Quod q̃ȝ alienum ſit a
recta rōne breui exemplo digno ſcito. Si in Cithara ad cōcinitatē reda⸗
cta neruus vnꝰ conquerat. ⁊ dicat ſe nimiū tendi rogetqȝ ſe paꝝ remitti.
quid putamꝰ Citharœdum reſpōſuꝝ. niſi totiꝰ citharę magiſquā nerui
vniꝰ rationem habēdam: Sic ꝑfecto deꝰ ordinem mūdi ⁊ naturaꝝ: ex q̇⸗
bus mūdus cōſtat: curam gerere ⁊ debet. ⁊ gerit: ꝙ ſi cōtranitaris: ⁊ obij
cias vniuerſi ordinem opitulari ſingulis debere nō obeſſe: quemadmodū
in optima re. p. ſic cōmune bonum admīſtrat. vt ſinguli in pace ſine iniu
ria viuāt. Nec em̄ alteriꝰ rei gr̄a Principes ac magiſtratꝰ creantur. niſi
vt ſingulis bene cōſulatur. Sicut de Solone ſalaminio d̄r ꝙ tanto pru⸗
dentię temperamēto leges atheniēſibꝰ dedit: vt parem grām a ſenatu ⁊ a
plebe cōtradixerit. quod ſi tātę (vt ita dicam) cōditurę felicitas ab homi
nis potuit prodire cōſilio: q̇d humano generi pſtare debuit dei ꝓuidentia
cuiꝰ eſt ad nrām nulla ꝓportio: Nonne potuit. ⁊ omnibꝰ ſimul ⁊ ſingu⸗
lis bene cōſulere: O homo bulla. q̇ naſcēdo moreris ⁊ florēdo marceſcis:
tantane cōtra autorem tuū ſurgis audacia vt ei ſuccenſeas: et velis in eū
exercere cēſuram: pone hāc vaniloquētiam. ⁊ recordare dicti illiꝰ geneſe⸗
os ꝟvidit deꝰ cuncta quę fecerat. ⁊ erāt valde bona. Sed an cōdere potuit
meliora: nō defuere Theologi qui diſcerptarīt: cōducamꝰ ergo nobis qui
dem a deo bene cōſultū. Sed qm̄ vt Ariſtoteles inq̇t: intellectꝰ noſter in
cauſas altiſſimas ita fertur: ſicut nicticoracis oculꝰ in lumē ſolis: nō poſ⸗
ſe nos cōſilij diuini rōnem ſcire. ⁊ ꝓptēa dictum a chriſto. neſcitis q̇d pe⸗
tatis. At dices iterum. ſi naturaꝝ ordinem ⁊ opationes violari nefas eſt
nō licebit infirmo votis ⁊ precibꝰ cum deo de impetrāda ſanitate tracta⸗
re. Cui obiectioni reſpōdeo: licere quidem ſuppliciter: ac modeſte petere. ⁊
quod petitur: ſi datur: cum gratiaꝝ actiōe recipi debere. ſi nō datur: con⸗
queri non licere. iſtorſum mea intendit oratio.

De anime libertate Capitulū. v.

c

Orpoꝝ hec cōditio. animi ꝟo natura libera. immunis ingenua
et ab erumnis excluſa corporeis nec coelo regit̾. nec elemētis ſer
uit. ⁊ ſi ꝑpter appetit⁹ cōnexionem qui corporeis qualitatib⁹ eſt
ſubdit⁹ in peius ſemꝑ inclinat̾ in manu tamē cōſilij ſui eſt. Corp⁹ natura
lib⁹ reb⁹ ⁊ deo: aīa ꝟo ſibi ⁊ deo ſubeſt. Proptēa vtrūqꝫ ſm diuerſas trāſla
tiōes legim⁹ in pſalmo. latini ſic legūt. Anima mea ī manib⁹ meis ſemꝑ.
Greci autē ſic ἡ ψυχη μου ἐν ταισ χερσι σου. hoc eſt in ma-
nib⁹ tuis. i. dei. noſtre tamē trāſlationi Cōcordāt hebrei apud q̄s legitur
napſibe caphi. qḋ eſt aīa mea in manu. Plotin⁹ in libro de ꝟtutib⁹ dicit
Aīam nō habere ſupra ſe naturam niſi deum a q̄ ſicut luna a ſole ꝟtutem
mutuat̾ ⁊ lumen. Nec ab ijs multum diſſidet qḋ Ariſtoteles dʒ in poli-
ticis rōnem ſcꝫ principatu politico appetitui: corpori vero deſpotico im-
perare. int̾ hos duos principat⁹ hoc intereſt: q2 in deſpotico hoc eſt herili.
nam greci dominiū δεσποτιαν vocāt. iugum ſeruitutis eſt grauiꝰ
ſicut ſeruiuit Iſrael in egypto. ⁊ hocius habet animus in corp⁹. in aīam
vero ſicut ⁊ in angelos ſol⁹ deus. Unde ſicut in apocalypſi legit̾ Joāni ab
angelo quem adorare volebat reſpōſum eſt. Uide ne feceris. cōſeru⁹ enim
tuus ſum. ſʒ in hac dei ſeruitute ſumma Libertas eſt: q2 deo ſeruire eſt cū
eo regnare. In politico autem ſubditi aliquādo pn̄t ⁊ cōtradicē principi
b⁹ ⁊ aduerſari. ſicut ⁊ appetit⁹ rationi. Hāc etiam ob cām ſpūs prompt⁹
et caro infirma vocat̾ a chriſto. Corp⁹ eſt igit̾ vile mācipium. anim⁹ autē
ſemꝑ ⁊ vbiqꝫ principat̾. corpuſqꝫ ſuū regit ⁊ poſſidet. At nos qui ꝑinſci
tia ac demētia noſtra magis corpus q̄ꝫ aīam colimus. concupiſcētijs no
ſtris illecti ⁊ abſtracti deum ſubornare ⁊ pueriliter ac inepte ſupplicando
in ſentētiam nrām conamur attrahere. At ſicut neqꝫ pater filio ſemꝑ in
dulget: ſic neqꝫ de⁹ nos ſemꝑ exaudit. Proptēa filijs Zebedei honorē am
biētib⁹ ꝑmiſit martyriū. ac ſi dicēt vos ſalutis veſtre ignari: ea tm̄ q̄ ſunt
corpis īfantilit̾ petitis. ergo āt q̄ tanq̄ꝫ opifex figmentū vr̄m ītelligo. et
tanqꝫ pater verā veſtrā ſalutē inq̄ro. corpe cui⁹ natura caduca eſt. cōtem
pto. circa ea q̄ animi ſunt laboro. Exuēde ſunt igit̾ huiōi cogitatiōes. De
us vt nr̄i miſereat̾ orand⁹. Et ī hoc maxime audiend⁹ eſt Socrates: qui
nihil vltra a dijs petēdum arbitrabat̾. q̄ꝫ vt bona tribuerēt. Nos aūt id
in plerūqꝫ votis expetere qḋ nō Impetraſſe meli⁹ foret. Ipſe eñ de⁹ fecit
nos ⁊ nō ipſi nos. ſub potēti manu ei⁹ humiliari nos decet. Ipſi eñ eſt cu
ra de nobis. ⁊ vt Jacobus inquit. expectat a nobis fructum noſtrum tem
poraneum ⁊ ſerotinum. Eum ſcilicet quem Maius. et quem Septem
ber afferat. que ſunt per metaphoram dicta. vt per hec ītelligam⁹ ⁊ eum
fructum quem adoleſcēs adhuc in Juuēta. ⁊ eum quē Aetas ī occaſum
vergēs. ⁊ in mortem iam inclinata ꝑducat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

An diſtributio complexionum procedat a fortuna. vel a caſu. Et cur Ariſtoteles fortunā male deſcripſit.

Capitulum.vj.

v Ides igiť que ſit cōplexionū ratio diuerſarꝫ. que ſi patrem q̇ ge-
nerat mortalem iſpicias.veniēt a fortuna. Si ꝟo ad angelos q̇
mūdo preſunt.ſi ad deum reꝝ opificem ſpectes:nec fortuna no-
minanda:nec caſus. Id nāqꝫ a fortuna factum dˀt Ariſtoteles qđ efficiēs
dum aliud quidpiam optat.effecerit. Ut foſſor ſi dum plātande vitis ğ
tia ſcrobem facit. Theſauꝝ reperiat Theſaurꝰ inuētus a fortuna dicetur
et ipſa fortuna ipſe foſſor erit. At deꝰ qui vt Auguſtinꝰ inq̇t.nō aliter no
uit facta q̃ꝫ fienda.nunq̃ꝫ agere ſic pt vt dum vnum intēdit. aliud faciat.
hoc nobis argutulis ſed re vera parum cernentibꝰ.ꝛ vt plurimum aluci
nātibꝰ accidit.ſi em̄ foſſor Theſauꝝ hic latere nouiſſet:iam nō ꝑpter ali-
ud.ſed ipſiꝰ Theſauri gratia fodiſſet.eſſetqꝫ theſauri inuētio nō fortuita
ſed a ꝑpoſito fodiētis intēta:ꝑptēa dˀt Ariſtoteles.vbi maior intellectꝰ
ſit:eſſe fortunam plerūqꝫ minorem:qđ ego ꝑ captu meo ſic intellexerim.
Intellectui qualis noſter eſt:qui ſibi que euētura ſunt parum videt.pre-
ter ꝑpoſitum multa cōtingūt. Nam fallax iſta rerum mobilitas.ꝛ incō
ſtās mundi fluctuātis ingenium noua ſemꝑ important.ꝛ bona ac mala
ſperata ꝛ inſperata ꝑmiſcue ingerit nature nunq̃ꝫ ocioſa foecūditas.quo
fit vt euenta plura ſint q̃ꝫ a nobis mortalibꝰ preſciri poſſint.ꝛ hec cauſa ē
vt in tāto rerum fluxu querenti vnum:aliud ſe offerat:ſicut in foro cum
nundine ſunt:in tanta plebis frequētia ignoti plures q̃ꝫ noti occurrūt.
Si ergo dum Petrum queris Ioānem reperias.id diceť factum a for-
tuna.animo igiť omnia intuēti vt diuino nihil:plurima ꝑſpiciēti vt an-
gelico.pauca:pauca cognoſcēti vt noſtro:multa a caſu ꝛ fortuna contin-
gūt. Nō videť tn̄ Ariſto. recte fortunā deſcripſiſſe cū eā dixit cām ꝑ acci
dēs.licet em̄ is q̇ dū colit agꝛ repperit theſauꝝ.ſit eiꝰ inuētiōis cā ꝑ acci-
dēs.q: dū aliud facit iſtud offerť:non tn̄ eſt fortuna foſſor appellādꝰ.no
mē em̄ fortune nō ad ſcādū has cās:ſꝫ ad lōge aliud iuenit antiq̇tas.deā
em̄ fortunā dixerūt q̄ dandi ꝛ auferēdi ius hr̄et.ꝛ ei vetēs gubernaculū ꝛ
copiā appingebāt tali figuratiōe innuētes bona hec trena regi a fortuna.
iuxta illud Ouidij.fortune cetera mādo.Que iuuet.ꝛ meliꝰ q̃ꝫ tu tibi cō
ſulat opto. Cām ğ quandā latentē ꝛ ignotā vn̄ accidētiū reꝝ ſubitꝰ ꝛ ino
pinatꝰ ꝑdiret euētꝰ dixere fortunā. Qđ ſi dicat Ariſtoteles.theſauri for
tuitam effoſſionem p̄ter foſſorem. cauſam nō habere. ꝛ ideo fortunā foſ-
ſorem appellādum. Id plane abſurdum eſt.nam apud ſapientes confeſ-
ſum eſt in omni cauſarum ſerie cauſam per accidens nunq̃ꝫ eſſe primam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

Sed cauſas indagātem cum talem inuenerit oportere altiꝰ ſpeculari: do
nec cām videat que effectum norit ⁊ intēdat. hāc autem in ſtellis vbi fatū
collocāt: quia rōne carēt: nō inuētam querēmꝰ in ſpūalis natura ſubſtā-
tie. q̄ deo ⁊ angelis bonis ⁊ malis eſt cōmunis: cām ergo talem arbitratu
ſuo ⁊ temere: vt aiūt: cūcta diſpēſantem fortunam indigitāt: que ꝓfecto
nihil aliud eſt. niſi deꝰ. ⁊ angeli in miniſteriū dei creati: q̄ ſi aliquādo vidē
tur dādo aut auferēdo temerarij: nihil tamē agūt incōſulte: ſed eſt potiꝰ ī
humano intellectu coecitas. ⁊ in iudicio hoīm magis q̄ꝫ in oꝑatiōe illorū
temeritas. cauſas huiōi īmateriales ⁊ incorporeas que re vera mundum
adminiſtrāt. viſus eſt Ariſtoteles nō curare: ꝙ nihil de eis exploratū ha-
beret. ⁊ ꝙ id negocij ſupra humanum iudicauit ingenium. in hāc diſpu-
tatiūculam me traxit ꝓuidentie diuine reuerētia. a cuiꝰ autoritate ſubtra
hi videnꝰ quecunqꝫ fortune tribuanꝰ. fortune inq̄ꝫ que quid ſit neſcit. at
cum eam eſſe cōſtat dei ꝓuidentiam: leuius patiētia ſuadeꝰ ⁊ emulus qui-
dam deo ſubtrahiꝰ. Sed ijs iam parcēdum exiſtimo ne in philoſophoꝝ:
qui phyſici dicūtur: ſpineta te ducam: ſocratica illa philoſophia vtilior. q̄
vitam ⁊ mores inſtituit: illa enim doctos tātum facit: iſta vero ⁊ doctos
et bonos.

In quo conſiſtat felicitas in hac vita contra Peri-pateticos et Stoicos Ca. vij.

hIc fortaſſe quiſpiam dixerit: cur nō egre: cur non moleſte feren
de ſunt egritudines: cum nos in hac vita miſeros reddāt: Ari
ſtoteles em̄ cuiꝰ tanta eſt apud omnes autoritas vt ab eo ꝑuari
cari nefas putēt: in ethicis dicit: felicitatem humanam in ꝟtutis oꝑatio
ne cōſiſtere. ſed ꝑfectam nō eſſe: niſi ꝟtuti animi corpis ⁊ fortune bona cō
iūganꝰ. cuiuſmodi ſunt corpis ſanitas: forma liberalis: honeſta familia.
diuitie etiam que nobis familieqꝫ ſufficiāt: amici quoqꝫ optimi: quibuſ-
cum iucunde viuere ⁊ omnia cōmunia habere poſſimꝰ. ⁊ vt ipſe Ariſtote
les inq̄t ſine amicis nullꝰ eligeret viuē. etiam ſi cūcta poſſideat bona. At ī
ter corpis ⁊ fortune bona: ſic em̄ vocāt ipſi bona externa: primū locum te
nere videꝰ corpis ſanitas. ſine qua neqꝫ amicoꝝ congreſſus: neqꝫ diuitia-
rum vſus: neqꝫ bonoꝝ ſplendor. neqꝫ liberoꝝ copia delectare tātum ſuffi-
cit: vt foelices ſimꝰ. paucis ego Reſpōdebo. affirmaboqꝫ Ariſtotelis hu-
manam eſſe ſentētiam. Et ꝓptēa oportere eā ſacris eloquijs cedere. ⁊ ve-
ritati reuelate diuinitꝰ non em̄ potuit ipſe q̄ ad ſpeculationē corporee na
ture ſe cōuerterat: ſupra incorporea oculos eleuare. Nec aliud foelicita-
tis genꝰ vidit q̄ꝫ eius que in huiꝰ vite turbinibꝰ poteſt vel nullis vel certe
admodum paucis accidere. Sed filiꝰ homis qui de coelo deſcēdit nos ad

alium finem genitos eſſe monuit. Ipſe nimirū ille fuit de quo inq̇t Oui-
diꝰ. Pronaqꝫ cum ſpectēt aīalia cetera terram. Os homi ſublime dedit.
cœlumqꝫ tueri Iuſſit. et erectos ad ſidera tollere vultꝰ. Cōſumata fœlici
tas in hac vita ſi haberi poſſit: diſputet̄ ab alijs. Certe apud nos definitū
eſt a nullo adhuc habitam Legimꝰ omnium qui añ nos fuerūt hiſtorias
hebreas. grecas. latinas. barbaras: Qui fuerit in hac vita ꝑfecte beatus
repperimꝰ neminem. Legimꝰ infinitas hoīm miſerias. calamitates. erū
nas: multoꝝ etiam domi ꝛ foris ſapiēter dicta. fortiter facta. prudēter cō
ſulta: vere beatum nuſquā Inuenimꝰ. Pli. libro ſeptimo Naturalis hi-
ſtorie. capite. xli. vna inq̇t fœminarū in omni euo Lampido Lacedemo-
nia refert. que Regis filia. Regis vxor Regis mater fuit. Una Phere
nice. que filia. ſoror. et mater fuit olympionicarū. Phrenice Iſta que et
Callipatira dicta fuit. filium Piſirhodum in certamē olympicū ꝓſecuta
virili habitu quaſi pugil cum victorem agnouiſſet. ſuperato aggere quo
gymnici claudebant. nudauit ſe. ꝛ ad pœnā queſita ꝙ Alpheū amnē trā
ſiſſet. id eñ diebꝰ illis fœminis erat capitale. abſoluta eſt. datumqꝫ id pa-
tris ꝛ fratris ꝛ filij verecūdie. qui omnes olympionice fuerūt. ꝛ hac cau
ſa inducti q̄ ſacris certaminꝰ preerāt ſtatuerūt vt ex eo tp̄e nudi adeſſent:
qui ad ludicrum id certamē cōuenirēt. Una familia Curionum. in qua
tres cōtinue vna ſerie oratores extiterūt. Una fabioꝝ. in qua tres conti-
nui Prīcipes ſenatꝰ. M. Fabius Ambuſtꝰ Fabius Rutilanꝰ filiꝰ. Q.
Fabius Surges nepos. Idem capite. xliij. Q. Metellꝰ in ea orōne quā
habuit in ſupremis Laudibꝰ patris ſui. L. Metelli Pōtificis. bis cōſu
lis. dictatoris. magiſtri equitū. quidecim viri. qui p̄mꝰ elephātos primo
punico bello duxit in triumpho: ſcriptū reliq̇t decem maximas res opti-
maſqꝫ. in quibꝰ querēdis ſapiētes Aetatem exigerēt cōſumaſſe eum. vo
luiſſe eñ primariū bellatorem eſſe optimum oratorem: fortiſſimū impa
torem. auſpicio ſuo maximas res geri: maximo honore vti. ſumma ſapiē-
tia eſſe ſummū ſenatorem haberi. pecuniam magnam bono modo inue-
nire. multos liberos relinquere. ꝛ clariſſimū in ciuitate eſſe. hec cōtigiſſe
ei. Nec vlli alij poſt Romam cōditam. Lōgum eſt refellere. ꝛ ſupuacu-
um: abūde vno caſu refūtāte. ſi quidem is Metellus orbam luminibꝰ exe
git ſenectam. amiſſis incēdio cum palladium rapet ex ede Ueſte. memo
rabili cā. ſed euētu miſero. quo fit vt infœlix quidem dici nō debear. fœlix
tamē eſſe nō poſſit: ſic Pli. alteriꝰ metelli. qui huiꝰ nepos fuit mētionem
facit. qui p̄ter honores ampliſſimos cognomenqꝫ Macedonie. a quat-
tuor filijs illatꝰ eſt rogo: vno pretore. tribꝰ conſularibꝰ. duobꝰ triumpha
libꝰ. vno cenſorio: que ſingula quoqꝫ paucis cōtigere. In ipſo tamē flore
dignitatis ſue a Catinio labeone tribuno plebis: quem e ſenatu cenſor eie

cerat: reuertēs e campo meridiano tpe vacuo foro ꝛ capitolio ad tarpeiū
rapt⁹ vt ꝓcipitaret. vix potuit a limine mortis reuocari. ꝛ in fine ei⁹ capi-
tis cōcludit dicēs. Nulla eſt ꝑfecto ſolida fœlicitas: quam cōtumelia vl
la vitę rumpit⁹ ꝛ in humanę fœlicitatis inquiſitiōe perſiſtēs nomiato et
excluſo Auguſto. qui ꝓpter ampliſſimā imperij dignitatem fœlix cū nō
eſſet: videri tamē poterat: duos ſubijcit. quos ad caſtigādam hoīm vani-
tatem dij feliciſſimos iudicarūt Phedium quēdam: qui ꝑ patria ꝓxime
occubuiſſet. Et Aglaum Arcadum pauperrimū: quem a pſophide vico
pſophidium cognominant. cum enī Gyges Regno Lydię armis ꝛ diui
tijs abundātiſſimo inflat⁹ animo Apollinem pythium veniſſꝫ ſciſcitatū
an aliq̄s ſe eſſet fœlicior De⁹ ex abdito ſacrarij ſpecu Aglaum ei ꝓtulit Is
ętate ſenior terminos agelli ſui nunq̄ꝫ exceſſerat. paruuli ruris fructib⁹ ꝛ
voluptate cōtent⁹. Cui ſnīę plane aſtipulat illud ſapiētię. melior eſt buc-
cella cum gaudio. q̄ꝫ dom⁹ plena diuitijs cum iurgio. Item illud pſalmi.
Melius eſt modicum iuſto. ſup diuitias pctōꝝ multas Et capite. xlvij.
meminit cuiuſdam Euthymi pyctę hoc eſt pugilis. ΠΗΚΤΗΣ enī pugil i
terptat. qui q̄m ſemꝑ Olympię victor fuerat. ꝛ ſemel tantum a Thaſio
Theagene circumuētus dolo vict⁹. Iuſſu eiuſdem oraculi ꝛ Iouis aſti-
pulatu ꝑ deo eſt habit⁹ ꝛ cultus. Patria ei locri in Italia. qui epizephy-
rij dicūtur. apud quos erat ei ſtatua. ꝛ Olympię altera. q̄ ambę vna die
fulminis impetu cōſumptę ſunt. hic teſte Aeliano in libro varię hiſtorię
octauo. ſaxum ingēti magnitudie geſtabat: qui locris oſtēdebat. ꝛ alio q̄ꝫ
cęteri mortales fato abſumpt⁹ eſt. Nam apud Cecinū amnem q̄ locros
diuidit a Rheginis ab oculis hoīm repēte diſparuit. hi ſunt quos ex to-
to humano genere. ex tam infinita hoīm multitudie vt felices haberētur
electi ſunt. de quib⁹ illud Hieronymi noſtri dici pt. quātis laborib⁹ here-
ditas caſſa expetit minori ꝓmiſſa ꝓcio margarita chriſti emi poterat Ue
ra ergo ſolonis ſentētia q̄ꝫq̄ꝫ ab Ariſtotele damnata. qui neminē in vita
beatum exiſtimauit dici debere. Cui cōſonat illud pſalmi. Cum dederit di
lectis ſuis ſomnum ecce hēditas dn̄i. Nō plus ergo querēda eſt i hac vi
ta fœlicitas. q̄ꝫ apud gallos Roma. apud gallos enī nunq̄ꝫ ipam vrbem
Romam. ſed viam quę Romam ducat inuenies. Nulla eſt igit neceſſe
poteſt dum viuim⁹ nobis alia felicitas. q̄ꝫ ad veram felicitatem vera via.
quam qui tenet a mortalitate ac miſerijs ſe aſſerere pt. Uita enī noſtra ſi
cum ꝟtute ꝛ dei gratia agat. ad beatitudinē. ſi cum vitijs ꝛ dei odio. a miſe
ria ad miſeriam eſt via. ꝛ quāto vita hęc laborioſior ęrumnoſiorq̄ꝫ eſt. mo
do Iuſticiam ꝛ pietatem ſeruet. tāto maior eſt futura felicitas. Audi nō
me. ſed Ioānem in Apocalypſi. Beati qui lauāt ſtolas ſeu veſtes ſuas.
vt poteſtatem habeāt in ligno vitę. ꝛ per portas intrēt ciuitatem. ſtolas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

lauare eſt pœnitētiam agere: que predicatiōis chriſti fuit iniciū. in ligno
vite poteſtatem habere. chriſto qui eſt lignum vite in medio Paradiſi eſt
frui poſſe. Per portas intrare Ciuitatem. eſt per mādatorū obſeruatio-
nem ad coelum ire. Dixit em̄ chriſtus adoleſcēti. ſi vis ad vitam ingredi:
ſerua mandata. ſed quid multis opus eſt quādo licet vno verbo cōclude-
re: res ita ſe habet: vera ⁊ compēdioſa felicitas in hac vita nulla eſt alia ni
ſi mādatorum dei ⁊ Euāgelice legis obſeruatio. nō diuitijs nō potētia in
tendendum eſt. Regnum dei eſtimationem nō habet. quantum exhibere
potes. tāto emitur. Non opus eſt ſanitate. nō liberis. non clientibꝰ. non
amicis. Sed dei gratia ⁊ ꝟtute conādum eſt. vtrūqꝫ a noſtro pendet arbi
trio. licet em̄ ſine dei munere. neqꝫ virtus. neqꝫ gratia haberi poſſit. tamē
vtrumqꝫ ideo noſtre ē volūtatis. quia deus bonorum ſuorum liberalis ac
magnificus diſpēſator. tantum tribuit. quātum eſt quiſqꝫ paratus acci-
pere. ſtat em̄ chriſtus ad oſtium ⁊ pulſat. ad aperiētem intrat. cum eo aſ-
ſidue epulatur ⁊ habitat. Neqꝫ ſtoici igitur cum duce ſuo Zenone neqꝫ
peripatetici cum duce Ariſtotele recte de felicitate ſenſerūt. Illi em̄ in ꝟ-
tute ſola. Iſti in operatiōe virtutis eam collocāt. Sed nos a deo illumi-
nati ⁊ edocti virtuti operationiqꝫ virtutum ſuperaddimꝰ gratiam. Hec
ſi cōſequi potes (potes autē ſi vis) licet amicis priueris. licꝫ ſumma pre-
maris inopia. Licet cum Iob in ſordibꝰ iaceas. Licet inſanabili morbo
tenearis. felicitatem tamē habes. non illam quam ſardanapallus vir mu
liere corruptior. nō eam quam Croeſus et Attalus. nō illam quam Sa
lomon habuit dum corrupte vixit. ſed eam quam Paulꝰ. quam Petrꝰ.
et alij habuerūt. qui in tentationibꝰ cum chriſto permāſerūt. ſed tandem
poſtremo loco audi teſtimoniū chriſti. quo nullum maiꝰ excogitari pt̄. vi
de vbinam chriſti iudicio pn̄tis vite beatitudo ſit poſita. beati inqͭt eritis:
cum vos oderint homīes. ⁊ exprobrauerīt. ac eiecerint nomē veſtrū tan-
q̄ꝫ malum propter filiū hominis. gaudete ⁊ exultate. ecce em̄ merces ve-
ſtra copioſa eſt in coelo.

¶ De Syntereſi. Ratione. et cōſcientia Ca. viij.

p Ulſatio chriſti de qua dr̄. ego ſto ad oſtiū ⁊ pulſo. nunq̄ꝫ intimit
tit. die noctuqꝫ ꝑſtrepit. domꝰ eſt aīa: oſtiū volūtas. tres qͥbꝰ fit
pulſatio. ſunt mallei. ſyntereſis. rō. ⁊ ꝯſcia. Syntereſis ē aīe ge
nerale iudiciū. quo qͥd agendū ſit naturalit̄ in genere cognoſcit. vt ꝙ co-
lendꝰ eſt deus. ꝙ pater honorandꝰ. ꝙ ſubueniendū miſeris. ꝙ ſemꝑ in cō
mune bonum aliqͥd cōferendū. ꝙ humana ſocietas eſt ſeruanda. hec ani
mi virtus. quia nunq̄ꝫ corrūpitur. σΗΝΤΗΡΗσΙσ hoc eſt cōſeruatio di
citur a grecis. Ratio ad ſingula deſcēdens ſubiungit. hūc eſſe deum. hūc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

eſſe patrem.hūc eſſe miſerum. Cōſciētia ad opꝰ properās.hūc igiť colen-
dum.hūc honorādum.huic ſubueniēdum eſſe cōcludit.diſcurſus iſte cō
ſilium eſt. qđ intellectꝰ oꝑatione ꝑficiť.⁊ ex his colligiť ſyllogiſmꝰ.qui a
praxi hoc eſt ab oꝑatiōe practicus dř. Ad primam vim nullo nobis opꝰ
preceptore. Lumē eſt ꝑpetuū naturali luce ſemꝑ illuſtre.ſemꝑ clarum:
nec extingui pt:nec abſcōdi Docem̄ eſt de quo in pſalmo dř. Signatum
eſt ſuꝑ nos lumē vultꝰ tui domine. Ad rōnem multū cure.multum ope
re impēdendum.falli namqꝫ facillime pt.⁊ ea decepta cōſciētiam q̄ ſequiť
labi decipi ⁊ errare neceſſe eſt Intellectus igiť triplex eſt malleus.quo ia-
nua id eſt volūtas pulſať.nam ad intellectum tria illa ꝑtinēt. pulſator ē
deꝰ.pulſat autem vt aperiať.apertio eſt electio.hoc eſt cōſultationi q̄ pre
ceſſit cōſentaneꝰ volūtatis aſſenſus. Si qđ cōſciētia dictat eligiť:patefa
cte ſunt lune.⁊ ingrediēte deo fit ſalꝰ anime. Recta volūtatis electio do-
mꝰ eſt apertio.gratie infuſio dei eſt introitꝰ:de hac dei pulſatiōe Paulꝰ ad
philippēſes capite ſecūdo. Deꝰ eſt in q̇t qui operať in nobis ⁊ velle et ꝑfi-
cere quo ꝓ bona volūtate ſcꝫ ſua.

Quod ſine dei cuſtodia fruſtra laborat huma na prudentia. Ca.ix.

T dicet quiſpiam dum me infirmitas reddit inutilem:q̊s fami
a lie aderit:quis Liberorū neceſſitati occurret: Didicimꝰ adhuc
bellū. nam externa bella mala quidem ſunt. Ciuilia peiora. domeſtica peſ-
ſima. que ꝟo intra nos gerūtur inteſtina tanto ſunt peiora quāto anime
q3 corpis eſt peior interit⁹ Uirtus purgatoria gradit' per ſpineta. per lo
ca arida inuia ⁊ inaquoſa. ꝑ caua vallium. ꝑ ardua mōtium. eo ſc3 itine-
re. quod vt Prodicus inq̄t Herculi virt⁹ oſtēdit ad gloriam. Finxit eñi
Prodic⁹ Herculi adoleſcēti voluptatem ⁊ ꝟtutem in muliebri ſpecie ap
paruiſſe. ⁊ eum certatim ſtuduiſſe ad ſeſe allicē illam pollicitā do delicias
et gen⁹ omne libidis. cui⁹ tamen finis futur⁹ eſſet vituperium: dedecus. ⁊
ignominia. hāc vero offerēdo primo quidem difficilia ardua, aſpera. mox
autem laudem. honorem ac immortalitatē. prima illa ſeuera ꝑludia. vir-
tutis purgatorię ſunt rudimēta. ⁊ ei⁹ qui ad veram gloriam niti velit. ty
rocinia ꝑma. quę ꝟo ſequūtur dulcia ⁊ amęna. fruct⁹ ſunt animi iam pur
gati. Prodico Pythagoras cōcordauit grecam vocalem. y. a Palame-
de vel Simonide inuētam. nam de autore dubitatur Interp̄tans ſiniſtꝝ
Ramum quia in imo latior. in ſummo anguſtior. vbiq3 planior. et aſcen
ſu facilior. vicijs dedit. Siniſtrum vero virtuti quia longus ⁊ arduus de
radice primum ſurgit anguſtus. aſcendendo expanditur. ⁊ inſtar palmę
tanto ſpiſſior quāto ſublimior in latam planiciem cacumen extēdit. Pri
ma pars rami dextri eſt purgatoria. ⁊ ſummitas illa plana purgati ani-
mi virtus eſt. typum gerens Chriſti. qui dixit. Uenite ad me omnes
qui laboratis ⁊ feſſi eſtis, ⁊ ego reficiam vos: victa difficultate pręambu-
la id eſt perturbationib⁹ ſedatis. tum demum cum ratione regnat virt⁹.
Tunc ex virtute quaſi ex vite bene repaſtinata. ⁊ arbuſto ſuo alligata pro
deunt hi fructus. quib⁹ mens ipſa nutritur ⁊ viget. apes imitata quę eo-
dem melle quod procreant viuūt. anima eſt tellus. arbuſtum appeti-
tus. vitis eſt virtus. Quę de virtute diximus ad ea quę videntur ocu-
lis maioris intelligentię gratia reducamus. Ut duplicem virtutem
diximus. ſic duplex quoq3 Triticum dicamus. Laſſitudinis vnum,
refectionis alterum vt dialecticorum more vtamur vno vt pluribus.
in quod multipliciter fertur intellectus, primum ergo triticum eſt

Duplex v[irtu]s

Duplex triticum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

dum aratur ⁊ ſerit. runcatur ⁊ metitur. vapulat ⁊ molit. alterum ē dum
manducat. Hoc igit qd̓ palato iucūdum eſt. qd̓ voluptatem affert ⁊ nu
trimētum. tātis laboribꝰ eſt partum. tot pruinis canduit. riguit tot niui
bꝰ. maduit tot pluuijs. aruit tot ſolibꝰ. expauit tot grandines. ⁊ tandem
poſt tot iīurias ſuccīſum ⁊ cum multo ſudore perlatum in aream. ꝟberi/
bꝰ tundit. iactatur ad ventum. fert ad catyllum. ⁊ cribro polinario excu/
ſum globat in maſſam. fermento corrumpit. pugnis ſubigit. Ad vltimū
quaſi iam quodam martyrio cōſumādum redigit in trochiſcos. ⁊ in fru
ſta diuiſum torret in clibano. Sic ꝑfecto ꝟtus q̄ magna futura eſt. ī dif/
ficultate plantat. radicat in dolore. germinat in ęrumnis. ſudore rigatur
Curis ſtercorat. firmatur anguſtijs. floret in laboribꝰ frōdet in negocijs.
foetat in aduerſis: cum ergo ꝟtꝰ ſumpſit incremētum. ⁊ gratię ſole incale
ſcēte coaluit. incipit fructꝰ afferre mirificos. Tūc oēs ſicut nos amamꝰ:
alienis gaudemꝰ bonis ęque ac ꝓprijs. intꝰ ac foris nobiſcum ⁊ cum alijs
pacifici ſumꝰ. Tūc animi noſtri cōpotes ac reges incōmoda oīa ęquani/
miter ferimꝰ In fidei ⁊ moleſtię. pietatis ⁊ ſapię. caſtitatis ⁊ iuſticię ſtu/
dijs exultamꝰ Uirtutum ergo fructꝰ. ipſarū ꝟtutum eſt vſus. cum ꝑ mo
rem ⁊ habitum factꝰ eſt operāti leuis ⁊ dulcis. Uides q̄ pacto tandem ex
ſpinis vuas colligimꝰ: tum ſcʒ cum gregem affectuū diſpeſcētes ſtudio/
ſe curamꝰ ſemiatas ī nobis a natura ꝟtutes. hoc eſt ergo vt rn̄dere ꝓpoſi/
to incipiamꝰ: qd̓ in ſcd̓a ad Corinthios ep̄la Paulus d̓t. Sed ordinem
ꝟboꝝ ſolerter attēde. In oībꝰ inq̄t exhibeamꝰ nos ſicut dei miſtros. ī mul
ta patia. in tribulatiōibꝰ. in neceſſitatibꝰ. in anguſtijs. ī plagis. in carceri
bus. in ſeditionibꝰ. in laboribꝰ. in vigilijs. in ieiunijs: hucuſqꝫ ꝑ patiētię
ſpineta gradiēdo: ꝟtꝰ purgatoria laborauit. et Ariſteus vt mel iueniret.
cū Proteo depugnauit. q̄ mox ſubinfert. ſunt mel qd̓ q̄rit. ſunt quas vi/
tis in terra paſtinata. hoc eſt ꝟtꝰ in mēte purgata fruges emerito reddit
agricolę. Sequit em̄ ſic eodē loco. in caſtitate. in ſcia. in lōganimitate. in
ſuauitate. ī ſpū ſcō. ī charitate nō ficta. in ꝟbo veritatis. in ꝟtute dei. No
tādū āt q ꝑ ꝟtutes nō habitꝰ ocioſos. ⁊ ſine opibꝰ mortuos q̇ arbori ifoe/
cūdę ſunt ſimiles: ſed iugi exercitatiōe fructiferos ꝯmēdat Apl's. ⁊ ī euā
gelio dixit chriſtꝰ. ignē veni mittē in terrā. ⁊ q̇d volo niſi vt ardeat(

¶ Quod debuit eſſe naturarū varietas ad oſtenden dam dei ſapiētiam Ca. xlij.

m Emini me libro ſecūdo capite quarto cum de cōplexionibꝰ age/
remus. Citaſſe Plotinum dicentem ad decorem vniuerſi non
parum facere. immo ⁊ neceſſariam eſſe rerum varietatem. pla/
cet ſuaſioni huic ratiunculam addere patiētię ꝑfectui ſatis accōmodatā:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

Sumiť autem hęc ratio ab oſtēdenda arte ſummi opificis.ꝛ eſt huiōi.ſi
pictoꝛ vnicoloꝛem faciat parietem.q̄ꝫq̄ꝫ coloꝛis ſit ꝛ p̄cio cariſſimꝰ.ꝛ ſpe-
cie ameniſſimꝰ vt purpuriſſum.putares ne tu id eſſe cōſumati opꝰ artifi-
cis:Nō putaret hoc Apelles nō zeuſis.nō Parrhaſius.putaret foꝛtaſ-
ſe Cleophātus ꝛ aliq̄s eoꝛum pictoꝝ.qui arte nōdum pfecta monochꝛo
mata pinxerūt.At qui exactiſſime artem adepti volūt abſolutiſſime pin-
gere.ꝛ penicillo naturam ęmulari.vt Protogenes.qui in ducēdis lineis
cum Apelle certauit.nō coloꝛem vnum tm̄ adhibēt.ſed minio.armenio
Cinabari Chꝛyſocolla.indico Sandaraca purpura.cocco Sinopide.
hyacintho Balauſto.ꝛ aliȷ̄s id genꝰ quaſdam arbitratu ſuo figuras faci-
ent.ꝛ quaſdam veras certam rem exprimētes.quas Iconas vocāt exarā
tes.ibūt in infinitam rerum varietatem Pictoꝛ quia res ipſas creare nō
poteſt rerum imagīes facit id eſt artis ſummū beneficium nihil expectes
ab ea p̄ſtantiꝰ.ſed deꝰ qui nō imaginum ſed rerum eſt artifex.ſuam aliq̄n
volēs mōſtrare peritiam.venit ad officinam.ꝛ in ſe cōtemplatꝰ naturaꝝ
imagines.quas ideas.ꝛ paradigmata gręci vocāt.animū extēdit ad ope-
rādum:Sūt autem in eiꝰ mente.nō quarūdam paucarum.immo cun-
ctarum imagines rerum.ꝛ faciundoꝝ operum viua exemplaria.Iccirco
Platonici dicūt creationē ac pductionem nihil aliud eſſe q̄ꝫ aſſimilatio-
nem.Deꝰ em̄ ꝛ miniſtri eiꝰ angeli coeloꝛum motoꝛes ad ideas reſpiciētes
cuncta producūt.Unde et Moſi dictum eſt.inſpice ꝛ fac ſcḋm exēplar.
qḋ tibi in mōte mōſtratum eſt.Nec tibi nouū videať qḋ audies.Quot ī
mēte diuīa ſunt ideę.tot nec plures pn̄t gigni a deo naturę.finge em̄ plu
res gigni.ſequeť eas factas quaſi ab ignoꝛāte.faber nanq̄ꝫ qui clauū excu
dit cuiꝰ in mēte ſpēm non habuit:certe quaſi doꝛmiēs ꝛ ignoꝛās fecit.at
idea eſt ſpēs ꝛ rō mentalis.rei faciūde naturam oſtēdens.An ꝓo res crea-
tę tot numero ſint quot ideę.ſcire quis poſſit niſi ipſe qui fecit.Nō decuit
igiť vnum effectum fluere ab artifice cuiꝰ opus immēſę ſignum eſt ſapię.
Et ne videať idem ſępiꝰ repetitum fecit naturas inſtar numeroꝝ.immo ī
ſtar idearum hoc eſt inęquales.opoꝛtuit ergo quaſdā eſſe minoꝛes.q̄ ma-
ioꝛibꝰ collatę quādam humilitatem pręſe ferrēt.ꝛ ſic ex pluribꝰ naturaꝝ
gradibꝰ ſcala cōſurgit.p quam intellectꝰ in eum aſcēdit.ſupponēs em̄ ea
eſſe numero finita q̄ oꝛdinem habeāt ab eſſentia.naturam quādam ꝑmā
et pręcellētem reperit.a qua tanq̄ꝫ a pelago pfectiōis.fluant in alias riui
bonitatis.ꝛ hoc eſt qḋ Jacobꝰ apl's dixit.Omne datum optimum ꝛ om
ne donum pfectum deſurſum ē.deſcēdens a patre luminū.apud quem nō
eſt trāſmutatio.neq̄ꝫ viciſſitudis obumbꝛatio.hoc eſt de quo Ariſtoteles
inq̇t eſſe animal ęternum a quo deriuať eſſe ꝛ viuē.his clarius.his obſcu
riꝰ.huiꝰ imago viſibilis ē ipſe mundꝰ.ſi em̄ ſeruata ſubſtātia mūdo quāti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

tatem abſtuleris.remanebit q̄dā rerum ſine magnitudīe immēſa cōgeri-
es.cui⁹ magnitudo erit bonitas inſerta ſubſtātię.Ad oſtēdendā igit̄ ſapi-
entiā tāti artificis fact⁹ eſt mund⁹.⁊ in mūdo oīa ⁊ inter oīa nos homies
loco ſatis digno cōſtituti.hoc eſt in angulo hemiſpherioꝝ vbi duo parie
tes diuerſi tp̄alium ſcꝫ et ęternoꝝ miro artificio coniungunt̄.de iſta Crea-
turaꝝ multiplicitate Paul⁹ ad corinthios ſcribit dicēs.nō oīs caro eadē
caro.ſed alia hoīm.alia pecoꝝ.alia volucrum.alia piſciū.⁊ corpa cęleſtia.
et corpa terreſtria.ſꝫ alia quidem Cęleſtium gloria.alia terreſtriū.alia cla
ritas ſolis.alia claritas lunę.alia claritas ſtellaꝝ.ſtella eīn a ſtella differt
in claritate.⁊ quę eſt in naturis eadem ē in donis repetita diuerſitas.In
Abel nāqꝫ claruit Juſticia Pietas in Enoe.In Noe lōganimitas Re-
ligio in Melchiſedech.Fides in Abrahā.in Jacob fœcūditas.in Joſeph
pudicicia.in Sanſon fortitudo.in Dauid ꝓphetia.in Salomōe ſapia.
in Abſalone forma.in Petro credulitas.in Paulo cōſtantia.in Joāne
ſcia.et vt in p̄dicta ep̄l'a Paul⁹ inquit.diuiſiōes ꝟbo gratiaꝝ ſunt.idem au
tem ſpūs ⁊ diuiſiōes miſtrationū ſunt.idem autem domin⁹.⁊ diuiſiones
op̄ationū ſunt.idem autem de⁹ qui operat̄ omnia ī oīb⁹.⁊ paulo infra hęc
autem oīa operat̄ vn⁹ atqꝫ idem ſpūs.diuidens ſingulis ꝓut vult.In hoc
vltimo ꝟbo obſtruit̄ os noſtrę temeritati.qd̄ eīn nobis cōſtat deum velle
perſuaſi id nō poſſe niſi bonū eſſe.debem⁹ humilit̄ ⁊ reuererēter ferre.

¶ Quod mundus eſt quoddam ſpectaculum nobis a deo exhibitum quo inuitamur ad patiēter ferēdum omnes aduerſitates. Ca.xliij.

Apiētia ergo diuina tot reꝝ exhibitura ſpectaculū quaſdā natu
ras cōdidit q̄ ſpectarent̄ tm̄.vt inaīata.q̄dā etiam aīata rōne ca
rētia Quędā vt ⁊ ſpectarent̄ atqꝫ ſpectarēt vt hoīes ⁊ angelos:
mundū hunc quaſi quoddā theatꝝ mirabiliū rerū refertiſſimū videntes.
dum op̄a admirant̄ opificē p̄dicāt.quoꝝ vnus erat q̇ dicebat.Cœli enar
rēt gloriā dei ⁊ op̄a manuū ei⁹ enūciat firmamentū.Itē Conſideraui op̄a
tua ⁊ expaui.Itē,delectaſti me dn̄e in factura tua.⁊ in op̄ib⁹ manuū tuaꝝ
exultabo.Eat nūc ⁊ ꝓ re mirabili oſtēdat Callicratides ex ebore formicas
et alia tam p̄ua aīalia vt p̄tes coꝝ vix oculis cerni poſſint.afferat Myr-
mecides quadrigā eburneā quā muſca alis ītegat.recitet Cicero ꝓ mira-
culo Iliada Homeri ſcriptā in mēbranis tam p̄uo volumīe vt nuce īclu
deret̄.Fecerit Ariſtides Theban⁹ pictor tabulā q̄ꝫ centū talētis licitatus
eſt Attalus.emerit Timomachi duas tabulas octoginta talētis Cęſar
dictator.Cnidiā venerē tota gręcia indytā Praxiteles fecerit Demetri-

us expugnator Rhodo pepercerit ne ꝓtogenis tabulā cōcremaret Iouem olympium Phidias. capitolinū. ꝛ ephesiam Dianam Mētor exculpſerit. hec homīes olim mirabant̄ ꝛ ad quinquennale grecie certamē afferebāt celebritatē famę ꝛ imortalitatē nomīs aucupātes. At deꝰ hoc totum qd̄ cernis qd̄ etiam nō cernis. fabrefecit. oculos dedit vt uideas. mentem vt cognoſcas qua laude q̄ hōre dignꝰ eſt opifex. ꝑs ꝑma tāti ſpectaculi ſūt iſta mortalia corporea terrena. ſi hec bene ſpectaueris. ꝛ opificē ſpectādo pia mēte colueris; oculis tuis eterna ſubijciet: q̄ cum tāta animi voluptate ſpectabis. vt ab eis diuelli nunq̄ȝ poſſis. ſi vͦ hāc ꝑmā ꝑtem ſtulte ꝛ infantiliter ſpectaueris. tanq̄ȝ indignꝰ qui imortalia videas. excluderis. proptēa ſcriptū eſt de vͦgibꝰ fatuis. ꝙ dum irēt oleum emere. clauſa eſt ianua. ꝛ clamātibus Dn̄e dn̄e aperi nobis: reſpōſum eſt. Amē dico vobis neſcio vos. excluſę ſunt q2 ſe ac alia male ſpectauerant. nec in ſe ꝛ alijs deū cognouerāt. Uade ergo ꝛ gaude te in ſortē miniſterij huiꝰ aſcitum a deo. et fer equo animo vitę moleſtias. vt tranſire poſſis ad diuinarum rerum celeſte ſpectaculum.

¶ Comparatione rerum inequalium probat meliorē eſſe vitam ſanctam cū aduerſis. q̄ȝ vitam fœlicem cū vicijs. Capitulū. xliiij.

Aliud ē qd̄ ideo tecū volo ꝑcurrē vt ad diuinā ſapiam magis intētus eiꝰ te bōitati credas ſecuriꝰ Empedocles autor ē licet id ſibi vſurpet Ariſtoteles q̄ttuor eē mortaliū rerū ſemia ꝑnitiua. q̄ nūcupamꝰ elemēta Ignē Aerē Aquā ꝛ Terrā. Hec ita cōtraria ſūt: vt etiā ꝯueniāt. ſic colligata ſunt. vt annuli quattuor īuicē ſe cōplexi Ignis qd̄ defecatiſſimū ē elementū. ꝑ ſiccitatē terrę cōnexꝰ ē. ꝑ frigiditatē. terra aquę. ꝑ humiditatē. Aqua aeri. ꝑ caliditatē Aer igni Quattuor iſtę prime qualitates Caliditas. frigiditas. humiditas. ſiccitas. ita cōiugatę ſūt in elemētis. vt qualibet earū bis repetita cōbinatiōes quattuor reddant. Q. ꝫ ſi q̄ras q̄ cōbinationū iſtarū preſtātior. reſpōdebo: videri eam q̄ in nobiliſſimo elemēto ſit poſita. hoc ē ſiccitas ꝛ caliditas q̄ eſt ī igne. Si vero vtra iſtarū qualitatū ſit nobilior q̄ras. nō erit abſurdū caliditati dare ꝑncipatū. ꝙ eam ꝑmū elementū ꝛ ſi ꝯmunicat. neq̄ȝ eīn ꝓpriā hȝ. nō niſi tn̄ aeri ſecūdo ſibi ī dignitate cōicat. ſiccitatē vero ꝛ terra participat. Uidet̄ eīn iure nobiliꝰ id qd̄ in ſecundū. q̄ȝ id qd̄ in quartū a ꝑmo diffundit̄. nā meliora melioribꝰ natura ꝯiūgit. Uides igit̄ vt hec miro mō ſibi coherēant. ꝛ icōꝑabili artificio colligent̄, hoc qd̄ ē viderūt phi. at aliā rerū ꝯiugationē nō viderūt. quā volo (ſi placet) paucis explicemꝰ. Quattuor ī vniuerſo genera ſunt vitę Mūdana. infernal'. purgatoria, celeſtis. h̄ eſt mū-

nota

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

dana ad cęleſtem.qđ terra ad ignem Sicut em̄ terrę ſiccitatem ⁊ frigidi
tatem damꝰ.ſic mūdanę vitę attribuimꝰ.ꝑ frigiditate immūdiciam.ꝑ
ſiccitate lęticiam.Qui em̄ ſcđm mūdi ritum vitam ducūt.hi ſunt de qui
bus đr tenēt tympanum ⁊ citharam.ducūt in bonis dies ſuos.⁊ in pun
cto ad inferna deſcēdunt.in qbꝰ rebus vir ſapiēs cum immūdicia lęticiā
exp̄ſſit.nō em̄ ad inferna deſcēdere dici poſſent.niſi eſſent vicijs inuoluti.
Cęleſti vitę damꝰ cum ſanctitate lęticiam.in purgatoriam ꝟo quę eſt vi-
tę cęleſti qđ eſt aer igni ſanctitatem a cęleſti deriuamꝰ.eamq; triſticię co-
pulamꝰ.ꝙ triſtari oporteat.qui torquent.infernali autem q̄ oīno a cęle-
ſti ſicut aqua ab igni diuerſa eſt.attributa eſt immūdicies cōiuncta triſti
cię.Sunt igit tot qualitatum combinatiōes in quattuor his vitis quot
et in elemētis.Uerum illę corporeę.iſtę ſpūales.q̄ ſunt.ſanctitas ⁊ lęti-
cia.ſanctitas ⁊ triſticia.immūdicia triſticia.lęticia immūdicia.Sed re-
ſtat dubitatiōi reſpōdere.Uideor em̄ infernalem vitam mūdanę p̄ponē:
cum illam aquę cōfero.⁊ iſtam terrę.dicimus hoc ideo nos feciſſe ꝙ ſicut
aqua eſt tellure ſubtilior ac īmaterialior.ſic ⁊ infernalis vita iam terrenis
defuncta corporibꝰ quatenus defecatior.eatenus videri poſſit eſſe pręſtan
tior.ꝙ ſi cōtendas meliorem oīno eſſe mūdanam vitam:reſpōdebo ⁊ ter-
ram in multis aquę p̄ferēdam.Sed age hęc p̄termittamꝰ.ſequamur ea
quę plꝰ habēt euidentię.⁊ minꝰ audacię.plus vtilitatis.⁊ minꝰ ambitiōis
¶Mundana ergo vita cum cęleſti cōmunem habet lęticiam.At infernal'
aquę cōparata cum cęleſti habet ſicut cum igne aqua.nullum cōmerciū
eſt em̄ triſtis ⁊ ſordida.At cęleſtis lęta ⁊ ſancta.Purgatoria ꝟo aeri col-
lata.q: ſancta eſt ⁊ triſtis:infernali aſſimilata eſt in triſticia.in ſanctitate
cęleſti:ſi ergo quis q̄rat.quę iſtaꝝ combinationū ſit potior.nōne reſpōde
bit cum ſanctitate p̄ſtare lęticiam?Quid em̄ his meliꝰ excogitari p̄t?Si
vero quęrat quę duaꝝ qualitatum ſanctitatis.ſcz et lęticię p̄ferēda ſit.re
ſpōdebimꝰ eadem rōne p̄ponēdam eſſe lęticię ſanctitatē.qua ſiccitati cali
ditatem pauloante p̄tulimꝰ.ꝙ videlicet ſanctitas eſt in quo ſcđm primo.
pręſtabilius optimo cōiungat.Nam purgatoria quę p̄cellit mūdanam
cęleſti in ſanctitate cōiuncta eſt.Quorſum hęc putas altiꝰ repetita?Nē
pe vt ex rebꝰ naturalibꝰ oſtēderem lōge pręſtātius eſſe cum ſanctitate tri-
ſtari more illorum q̄ degunt in purgatorio q; inter ſordes ⁊ inopiam mo-
re ſuo exultare.quoꝝ vita eſt in cœno volutari.Aegrotātium ꝟo vita vt
eſt omnium ſanctoꝝ cōmune iudicium:ſi bene(vt debēt)egritudines fe-
rāt.nō mūdana vita eſt ſed purgatoria.ſi purgatiōe indigēt.ſin autē non
egent.in ęgrotāte tutela eſt ꝟtutum.primo ad ſanctitatē hortamētum.
vtriq; meritoꝝ augmētum.Uide iam vbi ſis.eo em̄ ratiocinādo deductꝰ
es.vt tibi neccārio fatendū ſit lōge meliꝰ eſſe.pœnas ferre cum ſanctitate

q̄ꝫ in vitę turpitudīe lętari. Sꝫ pauliſper ad elemētoꝝ ſpeculationē redeam⁹. Ignis ſupne vbi cœlo iungit̄. eſt defecatioꝛ. vbi aerem circuit. in aerem degenerat. aer vbi ignē cōtingit. eſt rarioꝛ. Clarioꝛ vbi aquę cōmittitur. denſioꝛ. obſcurioꝛ. nebulis em̄ ꝛ vapoꝛib⁹ affect⁹ imbibit alienę naturę cōtagium. Aqua vbi terrę vicina eſt. terreſtrioꝛ eſt: vbi magis diſtat. purgatioꝛ. limpidioꝛ: terra q̄ aquis abluit̄ mundioꝛ. vt harena: q̄ terra ē diluta. Inferioꝛa igit̄ ea ꝑte qua ſuꝑioꝛa cōtingūt. melioꝛa ſunt. Purgatorij ergo vita quę ſecūdo gradu ē a cęleſti. ea parte qua cęleſti appropinquat eſt melioꝛ. appropiat āt ꝑ ſanctitatem. ꝙ ſi tm̄ conari ꝛ proficē poſſes. vt haberes cum ſanctitate lęticiam. moꝛe apl'oꝝ. de q̄b⁹ ſcriptum eſt. Ibāt apl'i gaudentes a cōſpectu cōcilij: qm̄ digni habiti ſunt ꝓ nomīe ieſu cōtumeliam pati: iam purgatoꝛia vita trāſiret in cęleſtem. eſſetqꝫ homo nō terren⁹. ſed cęleſtis. cum Apl'o. iam nō tu viueres. ſed viueret ī te chriſt⁹. Laboꝛādum igit̄ quoad fieri poteſt: vt in hoc vitę breuis purgatoꝛio viuē ſancte iucūdeqꝫ valeas. ꝙ ſi facēs. iam beatitudini vicinus cęleſtem in terris vitam incipes. ꝛ ſicut aer igni cōtiguus paꝝ ab ignis natura ſeiungit̄. Sic homo patiēs ꝛ gaudens videt̄ in angeloꝝ trāſiſſe cōſoꝛtium. hinc Paul⁹ dicebat: noſtra autem cōuerſatio eſt in cœlo. ꝛ alios exhoꝛtat̄ clamās. Quę ſurſum ſunt q̄rite: nō quę ſuꝑ terram: q̄ ſurſum ſūt ſapite. ꝛ in pſalmo d̄r. coꝛ meū ꝛ caro mea exultauerūt in deum viuū.

Quod tolerātia aduerſitatū facit breuioꝛem trāſitum ad paradiſum. Ca. xlv.

Udi (precoꝛ) ꝛ aliq̄d inſipiētię meę ſuſtine. Si dicat tibi deus: vbi triginta annos in hac vita. ꝛ totidem poſt moꝛtem in purgatoꝛio egeris. protinus in cœlum admitteris. Dic ſodes. ſi cœli gaudia recte ęſtimaueris. nonne longe magis eſſet votis expetēdum. vt purgatorij temp⁹ cum vitę ſpacio quę nō niſi breuis eſſe poteſt. ſimul excurreret. ꝛ vtrūqꝫ vita ſcꝫ et purgatio vna eademqꝫ periodo finem acciperet. quo cœli mox cōſoꝛs fieres. quam poſt vitam quę nō niſi laboꝛioſa et ęrumnoſa eſſe poteſt: maioꝛib⁹ iterum cruciatib⁹ deſtinari: et a cœli deſiderio tamdiu fraudari. via ad bonum quāto compēdioſioꝛ. tāto optabilioꝛ: quia melioꝛ. Habes igitur pręcipua dei liberalitate Munus hoc magnum ꝛ ſingulare. quod multis precib⁹ impetrādum: quod magno eſſet precio redimēdum: ꝙ videlicet ſi ęquo animo fers: viuis ſimul ꝛ purgaris. Utere igitur tāto dei beneficio. nec ſinas occaſiōem hanc tātam euolare. ferunt em̄ foꝛtunam duas habere comites. occaſionem. ꝛ pœnitētiam: ꝛ cum ad quenqꝫ venerit: offerre primū occaſiōem. eam cum oblata eſt. nō

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

arripiēti reliquere pœnitētiam, quam greci dicūt μετάνοιαν. Quo datur intelligi occaſiōem ſemꝑ eſſe vel querēdam vel expectādam. ⁊ q̄ in uētam vel repertam neglexerit: ſolitum pœnitere. Patrādi ergo tam preclari ac ſalutaris negocij opportunitatē amplexare. ⁊ qꝫ eam tibi obtulerit. Deo grās age. Nā ſi ſic egeris. iſta corporis tui terra, quaſi opportunos imbres accipiēs ⁊ coloni verſata ligonibꝰ quo magis vexabiť tanto vberiores afferet fructꝰ. ⁊ tandem diſces nō illuſum te a domino. Sꝫ ad petram hoc eſt ad chriſtum. vt ſordes excuterētur. alliſum. ⁊ mox vt viuere hic deſieris. ſine vllo more interſtitio in cœlo renaſceris. ⁊ ſimul erit et purgatorio ⁊ vite ſatiſ factum:

¶ Venerandi Fratris Baptiſte Mantuani Carmelite Theologi. Iſagoges ad patiētiam Liber Terciꝰ

¶ Quattuor virtutes plurimū valere ad tolerātiam ¶ Capitulum primum.

Et qm̄ hoiem natura fragilem tot morbis expoſitum: tot malis obiectum difficile eſt nō frāgi: vel nō inflecti necessariū arbitror te admonē: vt quattuor p̄cipue v̄tutibꝰ munire te ſtudeas. quarꝫ p̄ſidio vim oēm flagellorꝫ faciliꝰ feras. He ſunt quas p̄mo libro pollicebamur. Fides. ſpes. p̄ſeuerātia. ⁊ lōganimitas. Iſte nāqꝫ quaſi fulcra q̄dā. colūneqꝫ firmiſſime patiētie ſuſtinēt edificiū. Et q̄ꝫqꝫ ſupra dixerimꝰ cataphratum eſſe oportere. q̄ velit cū diabolo pugnare. tn̄ ⁊ pleriſqꝫ ſuffecit ad victoriam leuis armatura. Pittacꝰ mitylenēus vnꝰ ex ſeptē ſapiētibꝰ cum de agri cuiuſdā poſſeſſiōe inť Athenieſes ⁊ mitylenēos armis certareť: ipſe cū Phrynone Athenieſium duce: qui Pancratiaſtes ⁊ olympionices fuerat, ſingulari certamie pugnare iſtituit. rete igiť Clypeo tegēs Phrinonem inuoluit. ⁊ eum interemit. Dauid adhuc adoleſcētulꝰ ſtetit cōtra gigantem loricatū ocreatū. galeatū. clypeatū. ⁊ haſtile haſte eiꝰ erat quaſi liciatoriū texentiū ip̄m āt ferrū haſte eiꝰ ſexcētos ſiclos habebat ferri. Dauid baculo paſtorali armatꝰ ⁊ funda gigātem nō expauit. ⁊ vicit. Dic ergo ⁊ tu diabolo. qđ et Dauid dixit Allophylo. Tu venis ad me cum gladio ⁊ haſta ⁊ clypeo. ego aūt venio ad te in nomie dn̄i exercituū: dei agminum Iſrael. Predicte igiť virtutes tanto tibi vſui erūt, vt ceteras ſi ha-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

des tibi cuſtodiāt. Si nō habes. ad te alliciāt. Omnes enim virtutes ſic mutuo ſe amāt vt vbi paucas tute habitare cōſpexerint. alię cōfluāt. ⁊ ſic cōtinget vt breui ex ferētario fias Cataphrattus. ſed venio ad ꝟtutes dicturꝰ pauca de naturis earum: vt earum ī te creſcēte noticia. creſcat ⁊ amicicia. creſcat ⁊ cōtra vicia in corde tuo bellādi fiducia

De Fidei fundamento et natura. Ca. ij.

Duplicem fidem dicimꝰ actiuam ⁊ paſſiuam. paſſiua eſt quę eſt ī creditore Actiua q̄ in debitore. Unde ⁊ deꝰ fidelis appellaṫ Paulus em̄ in calce ꝑmę epl'ę ad Theſſalonicēſes inq̇t. fidelis eſt deꝰ qui vocauit vos. q̇ etiam faciet. ⁊ ideo hęc ea eſt quę: ꝗ fiat dictum. fides ē dicta. iuxta illud Naſonis dicta fides ſequiṫ. ⁊ hęc nil eſt aliud. q̄ꝫ ꝓmiſſi redditio. paſſiua ꝟo ꝓmiſſi expectatio. paſſiua item duplex. infuſa ⁊ acq̇ſita. Uerum hi magis poſſunt diuerſi habēdę fidei modi. q̄ꝫ diuerſi habitꝰ iudicari. Fides paſſiua ſiue acquiſita ſiue infuſa eſt habitꝰ intellectus quo credendis nō apparentibꝰ reuelātis autoritate permoti. ꝓpter vltimum finem q̄ eſt beatitudo. firmiter atqꝫ cōſtanter adheremꝰ. hęc tribꝰ acquiriṫ. prędicatiōe. miraculis. ⁊ inſpiratiōe. quę ſola defectum ſupplet aliorꝫ alia ꝟo ſine hac quaſi membra ſine ſpū moribūda langueſcūt. ipſa fides eſt lux vera. q̄ illuminat omnem homiem venientem in hūc mūdum. Et hęc eſt lux q̄ lucet in tenebris. ⁊ quam tenebrę nō comp̄henderūt Licet enim gentiles q̇ tenebrarꝫ noīe deſignanṫ. eam conati ſint eradicare. ipſa tamen quaſi ſol q̄ neſcit occaſum. nebulas errorum. tonitrua minarum. ꝓcellas odiorꝫ. fulmina irarum. ⁊ quicq̇d excogitauit ingenioſa crudelitas Tyrānorum lucis ſuę claritate diſcuſſit. Nec te moueat ꝗ gētiles qui tanta rerum ſciētia claruerūt. tenebras appellemꝰ nam philoſophię mūdanę claritas ſine fidei cōdimento. lumē eſt illud de quo dr̄ in euāgelio Uide ergo ne lumē quod in te eſt. tenebrę ſunt. Pythagoricū Socraticū Platonicum Ariſtotelicū. et cynicum dogma eſt lumē. quod qui adeptꝰ eſt dicit. hoc ſcio: ꝗ nihil ſcio. Sic em̄ ſolitum dicē Socratem accepimꝰ. poſtq̄ꝫ cōſumpta in inquiſitiōe veritatis ętate. reſpōſo Apollinis iudicatꝰ eſt ſapiēs ⁊ cum veniſſet iam in tātam apud homies opinionem. vt appellaretur ſapiētię humanę terreſtrę oraculum. at chriſti ꝟbum obbreuiatū q̇d vnīꝰ horę ſpacio diſci poteſt. nobis oſtendit quod philoſophi fruſtra laborantes toto vitę ſpacio quęſierūt. Et ideo perſonam philoſophorꝫ tenuiſſe videntur chriſti diſcipuli cum dixerūt. preceptor per totam noctem laborantes nihil cepimꝰ. in verbo autem tuo laxabo rete. quibꝰ verbis duo innuūtur. ⁊ fuiſſe philoſophos in nocte verſatos. ⁊ eorum laborem eſſe vanitatem qui ſine deo quęrunt veritatem. Erant certe illi ſimiles his.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

(Alchimiſtę vulgo nuncupātur) qui auaricię cupiditate deluſi volūt ex
aere aurum elicere. Sicut ergo iſti fallacibꝰ experimētis circūacti dum
quęrunt diuitias: incurrūt inopiam. Sic illi vana curioſitate deluſi. vbi
diem putāt. noctem inueniūt: ꝓpter quod dictum eſt a ꝓpheta. Credidi
propter quod loquutꝰ ſum. ac ſi diceret. laborantibꝰ alijs circa ſciētias et
naturę occulta ſcire conantibꝰ. ego meliꝰ exiſtimaui credere diuinę tradi-
tioni. ⁊ ideo dr̄. credidi. ⁊ quia credidit loquutꝰ eſt. ⁊ quid ſit loquutꝰ. ſub
infert dicēs. omnis homo mēdax. ac ſi diceret. omnes qui ſuo ingenio ad
verę ſapiētię lumē aſpirarūt. mendaces fuerūt. ⁊ vt chriſtꝰ inquit fures
et latrones. quia animas ad veram ſapiētiam annitētes ſuis nuga men-
tes captare cōtendunt. ⁊ quaſi abigei a domino greges. et a vero paſtore
pecus abducunt.

¶ Quod fides ꝑ aureum Virgilij ramū figuratur. et quędā de natura ꝓphetię enarrata Ca. iij.

f Ides eſt ille aureus Maronis noſtri Ramꝰ qui ad elyſium ꝑ-
gentibꝰ eſt neceſſarius. videbat em̄ vir ille ſeu ſuopte ingenio ſeu
diuina magis inſpiratiōe. quam ενθουσιασμον gręci vo-
cant. ſicut ⁊ aduētum chriſti ante peruiderat. eſſe quoddam ſapiētię ge-
nꝰ ſine quo futurę vitę nō valeat homī claritas apparē. ⁊ eam ramum au
reum recte nūcupauit. ē em̄ fides Ramꝰ hoc eſt quędam delibatio diuinę
ſapiētię. ⁊ aureus quidem. quia ⁊ ꝑcioſiſſima ⁊ inmarceſſibilꝰ vt auri ſub
ſtātia. ⁊ recte etiam in magno nemore dixit inueniri. qꝛ intꝰ varios ⁊ mul
tiplices humanę ſapiētię modos inter ſcʒ philoſophātium ſectas. ⁊ tra-
ditiōes hoīm diuerſas quaſi arbor in ampliſſimo nemore fidei ſapīa delite
ſcit. Quod Virgilꝰ. dr̄. Ipſe volēs faciliſqʒ ſequeꝛ. Si te fata vocāt. ali-
ter nō viribꝰ vllis vincere. nec duro poteris cōuellere ferro. Quid aliud
eſt qꝫ quod dr̄ a chriſto. Nemo poteſt venire ad me niſi pater meꝰ traxe-
rit illum. dei namqʒ voluntas fatum dr̄. Et recte dr̄ id muneris ferri ſibi
velle proſerpinā. ꝓſerpina em̄ teſte Varrone. eſt luna a proſerpēdo dicta
nam ſole ſemꝑ eclipticam obſeruāte luna modo ad dextram modo ad ſini
ſtram cœli ꝑtem ſerpit ⁊ oberrat. luna autē in ſcripturis ſacris ſignat ec-
cleſiam militātem. iuxta illud Apocalipſis. Mulier amicta ſole. ⁊ luna
ſub pedibꝰ eios. quod exponēs Bernardꝰ inquit. eccleſia em̄ eſt luna illa
ſub pedibꝰ eius. Poteſt etiam ⁊ de luna qui planeta eſt terrę ꝓpinquiſſi-
mꝰ. id intelligi ſicut namqʒ eccleſia militās vult ad ſe veniētes eſſe fideles
ſic ⁊ eccleſia triumphās nō niſi fideles admittit. ⁊ inueniētes vult ramū
proſerpinę hoc eſt fidem lunę offerri. nam cum ipſa luna rerum immor-
talium ac ęternarum ſit limen. fides quę enigma quaſi lunę maculam ꝑ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

tendit.ibi recte relinquit̃.vbi iam incipiūt apparē diuina. Quod ꝟo ęneas ferēs ramum ꝑ loca pœnarum Sibylla comitāte gradiat̃.nil mirū. nam ⁊ filij eccleſię dicūt.trāſiuimꝰ per ignem ⁊ aquam ⁊ eduxiſti nos in refrigerium Sibylla eſt ſapiētia diuina vel angeloꝝ cuſtodia homī attributa.qua nos ꝓtegēte atq̃ gubernāte fidem īuenimꝰ.inuētam ſeruamꝰ et per huiꝰ vitę difficultates ac tenebras ambulātes tādem ad Elyſium. hoc eſt in paradiſum mutata in ſciētiam fide pertrāſimꝰ. ideoq̃ dr̃.perfecto munere diuę deuenere locos lętos.⁊ amœna vireta.ꝙ ſi obijcias credi nō debere deum q̄ futura erāt homi pagano reuelaſſe. Reſpōdeo malos ęque ac bonos homīes facturam eſſe dei.dei inſtrumēta.dei miniſtratoēs et deo liberum eſſe eis vt ſuis vti.cum libuerit. Balaam vir culpabilis de futuris ante lōge prēnūciat Sibyllę quas et Lactātiꝰ et Auguſtinꝰ ad aſtruēdam fidem citāt:mulieres ex media gētilitate fuerūt.Caiphas vir ſceleſtiſſimꝰ.vt in euāgelio legimꝰ ꝓphetauit neſciēs q̇d dicēt. Ipſa Balaam Aſina animal natura brutum ac indocile voces humanas edere ꝓdocet̃. Et deniq̃ vt paucis expediam.ꝓphetię donum nō ad grām q̄ gratum facit.ſ; ad eam quę ſolum gratis dari dr̃.ex theologoꝝ autoritate refert̃.gratitudis autem vocabulū ſi late extendat̃. omnes ꝓculdubio creaturas includit.omnia eīm diligit deꝰ.⁊ nihil odio habet eorum q̄ creauit. ſed ex theologoꝝ vſu eis appropriat̃.qui ad aliquem futurę beatitudinis gradum acceptātur. Et quēadmodum in magna domo.q̄uis oēs patrifamilias grati ſunt.ſoli tamē liberi ſunt hęredes.ſic ⁊ in mūdo omnes deo grati ſunt.nō tamē omnes chriſti cohęredes.ſed illi tm̄.in quibꝰ eſt fides nō ocioſa nō extincta.ſed opatione accēſa.futuri ſunt.

¶ Quod fides eſt principium ineundę cum deo amicitię. Capitulum.iiij.

Uod homo deo placē incipiat ⁊ ſi omnium ꝟtutum eſt officium maxime eſt tamē fidei attributum.ꝓptēa dr̃ accedentem ad deum oportet credere.⁊ ſine fide impoſſibile eſt placē deo. Cuiꝰ rei rōnem hāc aſſignauerim.amat deꝰ hominem tanq̄ ſibi ſimilem. Cęteris animātibꝰ pręfectum.⁊ tanq̄ ſuū in terra vicarium.immo vt terrenum quēdam deum.cum quo videt̃ partitꝰ imperium.iuxta illud Cœlum cœli domino:terram autem dedit filijs hoim̄.at qm̄ dei natura eſt bonitas.ſicut ſolis natura eſt claritas.quēadmodum ſol nunq̄ illumiare.ſic deꝰ benefacē nunq̄ ceſſat.cogitat ergo homiem ex terreno facē cęleſtem.⁊ propterea quodam iter eos opꝰ eſt cōmercio. ⁊ arcana quadam admonitiōe ac diſciplina ſecretiore qua veluti quodam cęleſti ſemīe.iam ꝑcepta. pedetentim incipiat trāſformari.⁊ quaſi diuineſcere Inſtituēdum autem cre

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

dere oportet inſtituenti. diſciplinę em̄ ſunt de occultis. ⁊ iſta pͤcipue. neqꝫ
em̄ eſt ex mathematicis. quas dicūt peripatetici primū certitudīs gradū
vſurpare. diſciplina hęc eſt de ignotis: de remotis nō minꝰ ab intellectu q̄z
a ſenſu. qđ em̄ remouet̃ a ianua remouetur a domo. at ianua intellectꝰ eſt
ſenſus. quia teſte Ariſtoteles nihil eſt ī intellectu quin priꝰ fuerit ⁊ ī ſen
ſu. At in his quę lateāt ſenſum ⁊ intellcm̄. qꝛ ſcia deficit opinio nō ſuffi-
cit. currēdum ad fidem. quę vt habeat̃ captiuandꝰ eſt intellectꝰ. ⁊ vincu-
lo quodam alligandꝰ. qđ vocat̃ docētis autoritas. hoc vinculo aſtrictus
quaſi capiſtro equus ſub dei diſciplina perſeuerat. donec ⁊ ſpe ⁊ charitate
veſtitꝰ omnem accipiat ꝓ cęleſti militia cōmeatum. Exēplo Abrahę p-
bauit hoc Paulꝰ. neqꝫ em̄ Abraham ex legis obſeruatiōe. aut ex circūci-
ſiōe. quę nōdum erāt. ſꝫ ex ſola fidei credulitate tantā iniuit cum deo ami-
ciciam. vt eiꝰ elegerit de qua chriſtꝰ naſceret̃ vnam familiam. Unde ſcri-
ptum eſt. Credidit abraham deo. ⁊ reputatum ei ad iuſticiam. Ratio p-
babilis facit opinionem. Cauſarum cognitio ſciētiam. Dei autem auto-
ritas fidem.

De fidei progenie ſpe et charitate. Ca. v.

Ides duas peperit filias mortalem vnam alteram immortalē.
f Spes mortalis eſt. Charitas immortalis. q̄ ſic ex fide oriūtur.
vt ex viſu ſciētia. neqꝫ em̄ ſperari aut amari pn̄t quę neſciūtur.
Spes ⁊ charitas in amore cōſiſtunt. ⁊ ambę ſunt habitꝰ rōnalis appeti-
tus. quę volūtas dr̄. ambę circa idem intentę eodem fere opere exercētur.
amāt em̄ ambę ⁊ idem ſed nō eodem modo ꝓſequūtur. Spes p̄mium re-
ſpicit. Charitas bonitatem. Spes erat quę dicebat. inclinaui cor meum
ad faciēdas iuſtificatiōes tuas in ęternum ꝓpter retributionem. Chari
tas retributiōem nō reſpicit. amat liberaliter. ⁊ mercedis reſpectu nō ha
bito. ⁊ nihil ſolicita pro premio bona cęleſtia. q̄ nec oculis vidit. nec auris
audiuit: nec in cor homis aſcenderūt. nec ꝑ ſciam capi nec ꝑ opinionem
ſic perſuaderi valēt. vt ſperent̃: cœlum em̄ ſine fide q̇s ſperauerit: neqꝫ eti-
am vt diligātur. diligi autem voco qđ nō ſolum animo cōplectamur ſed
operatiōe. nō habet̃ opinio quoqꝫ ꝓſequamur. qui ardens ⁊ efficax amor
appellat̃. De credendis ergo ſciētia nō habet̃. opinio nō ſufficit. fides q̄ in
ter vtrāqꝫ ſita eſt habet em̄ firmitatem cum ſcia ⁊ obſcuritatē cum opini
one cōmunem. cum ſit in ęnigmate. Sufficit ad ea perſuadēda q̄ ſpera-
ri debēt ⁊ amari. Et quatenꝰ firma eſt adheſio eſt eatenꝰ immortalis. qua
tenus vo obſcura eſt mortalis eſt. cum em̄ facie ad faciem deū videbimus
omnis tollet̃ ꝑplexitas. omnis incertitudo. omnis obſcuritas. ⁊ reliquię
fidei trāſeuntis in ſciam iſtę ſuperūt. Nō mirum ergo ſi ex matre q̄ ex du

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

plici cõſtat natura duarum naturarum filię ꝑcreentur. mortalis ſcꝫ et immortalis. nam aliter fieri nec debuit forte nec potuit. oportet em̄ ſimilem eſſe parentib⁹ partum. ⁊ efficiēs omne ſolicitum eſt vt ſibi quoad p̄t effectum aſſimilet. ſed qui fieri p̄t inquies. vt ex imꝑfecta matre nam mancū et imꝑfectum qđ eſt fides. generet charitas q̄ matrem ac ſororem dignitate p̄cellat. ipſa namqꝫ paulo atteſtāte non occidit. At fides ⁊ ſpes verterētur in aliud. Spes in rem. fides in ſciam. Reſpōdeo id ita fieri poſſe ſicut fieri poſſe perſpicuū. vt ex imꝑfecto ſemis corpuſculo arborꝫ ſurgat tāta ꝑceritas. quāta eſt in quercu Acere ⁊ populo ⁊ id gen⁹ alijs arboribus querc⁹. Acer. popul⁹. vel ſi hoc nō placet. ſicut fieri poteſt vt ex viſu. qui eſt brutis cōmunis ⁊ homini generet prudentia ſine qua nō conſiſtit humana ſocietas.

¶ Quod potius dicenda eſt ſpes in charitatem trāſire q̄ꝫ in rem. Ca. vj.

Quod aūt dixim⁹ ſpem ī rem trāſituram. ſcđm alios q̄d ē id dcm̄ eſt. ego em̄ rectius dici arbitror trāſiturā ſpem ī charitatē. nā ſicut ſi a fide demas obſcuritatē ſciā remanebit. ſic ſi a ſpe poſſeſſionis tollas reſpectū: Charitas reſultabit. ⁊ ſicut ī elemētis ſcđm Ariſtotelē trāſmutatio eſt int̄ ea facilior q̄ ſymbolū. i. cōis qualitatis h̄n̄t cōiugiū vt int̄ ignē ⁊ aerē. q̄r vna qualitatū remanēte nō fit in trāſitu tāta mutatio. Sic ⁊ in harꝫ v̄tutū metamorphoſi tāto ē trāſfiguratiōis maior facilitas q̄ꝫto ē earꝫ ſtrictior affinitas. Sūt etiā qui dicāt ſuccedē ſpei tentionē. ſꝫ ea tētio cū nō manuū ſit ſed volūtatis: nil aliud eſſe p̄t q̄ꝫ amor charitatis Qui āt dicūt ſpei rē ſuccedē. ꝑ rē nihil aliud ītelligē p̄n̄t q̄ꝫ rei diu et eaten⁹ deſiderate quaten⁹ abſens fuit. nouā p̄n̄tiam. atqꝫ tentionē. atqꝫ ita ſcđm ⁊ naturā ⁊ aliorꝫ opinionē cōſtat ſpem trāſire ī charitatē. Sciēdum autē virtutū quaſdam eſſe quib⁹ imperfectiōis nil annectit̄. vt Sapiētia. Prouidētia Charitas. has etiam deo tribuimus. quaſdā eſſe natura imperfectas. vt Spes Fides. ⁊ ipſa ad quā te adhortamur patiētia. ⁊ hę quidem ſicut a dei natura ſunt alienę ſic naturę humanę in hac mortalitate ſunt neceſſarię.

¶ De nominib⁹ eorum q̄ a fide deficiūt. Ca. vij.

Qui ad fidei noſtrę lucem nunq̄ꝫ venerūt latine infideles. ęthnici id ē gentiles grece nūcupant̄. ΕΘΝΟΣ em̄ gentē ſignificat Dicūtur ⁊ pagani hoc ē ruſticani. q̄ nō ſpū renati ſicut chriſtiani. ſꝫ ī ea q̄ geniti ſunt ruſticitate ſēꝑ permāſerūt. Machometiſtę q̄ Aphricam Aegyptū Arabiā ⁊ Syriā ihabitāt ſtulticiā eorꝫ īdicāte vocabulo more noiant̄. q̄em d̄r μωρός a grecis. d̄r Nabal ab hebreis. fatu⁹ a nobis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

Nec putet quis eos dici moros ꝙ ex mauritania ſint vel venerit. vt mo-
rus ꝓ maurus ſicut ploſtrum ꝓ plauſtrum ꝓferatur Machometus em̄
arabs fuit. mauri autem vltimas Aphricę occidentalis oras e regiōe ad
hiſpanos inhabitāt. Notabile certe. et a curioſitate humana nō ꝑtereun
dum forſitan ⁊ myſterio carē non extimādum. ꝙ res maximi legum lato
res ⁊ illuſtriſſimi autores trium religionum q̄ totum terrarū orbem oc-
cuparūt. in trib⁹ mundi partib⁹ ſibi vicinis immo cōfinib⁹ atq̧ cōtinuis
et in medio terrę habitabilis conſtitutis hoc eſt Aſſyria arabia ⁊ egypto
fuerint ꝓcreati. fuit em̄ chriſtus aſſyrius. Machomet⁹ arabs. Moſes
egyptius. Sed hęc diſſimulāda ſunt ad pn̄s. neq̧ em̄ ſuppetit nūc ociū
nobis ad cōiectādum Qui de reb⁹ fidei recte ſentiūt catholici vniuerſales
vocant. Nam fides noſtra nō ſicut lex vet⁹ ſolis iſraelitis vni gēti vel na
tioni ſed generaliter data eſt vniuerſis. qui poſtq̄ꝫ fidem ſuſceperunt de ne
ceſſarijs ad ſalutem partim recte partim praue ſentiūt. hętici hoc ē ſecta
tores appellant. αιρεσιο namq̧ ſecta appellat qui penit⁹ a ſuſcepta fi-
de defecerint. Apoſtatę. i. rebelles vocant. nam αποσταςισ rebellio
interp̄tat. Et quēadmodum chriſtiani a chriſto quam appellatiōem vi-
uētib⁹ adhuc apoſtolis primū Antiochię factam narrat Lucas i actib⁹
apoſtoloꝝ. ſic ⁊ iudei a iuda ſunt vocati a quo deſcendit trib⁹ regia ⁊ inter
duodecim magis honorata. dicti etiam ſunt hebręi. ⁊ hęc cognominatio
lōge vetuſtior ꝓfluxit vt aliqui volūt ab heber in cui⁹ familia quādo ē lin
guarum facta cōfuſio i babylone remāſiſſe fertur lingua ꝑmitiua. quę ab
eo dicta eſt hebręa: vel vt alij ſentiūt ab Aheber quod interp̄tat trāſitus
Trāſiuit em̄ Abraham monit⁹ a deo ex Meſopotamia ad cananeorum
terram. quo cum ꝑueniſſꝫ vocat⁹ eſt hebręus hoc eſt tranſiēs ⁊ aduentici
us: ⁊ hoc fuiſſe videt omen ⁊ quoddam pręſagium futuroꝝ hebręi em̄ ſę-
penumero vt ſacrę teſtātur hiſtorię de ſedib⁹ ſuis trāſlati de gente in gen-
tem trāſmigrarūt. ⁊ tādem eorū lex vt tale cognomē futurum innuebat.
more ſuę gētis inſtabilis ⁊ trāſitoria trāſiuit i nrām. plura autem de his
ſubijcerē: niſi ſcirem te ⁊ chriſtianiſſimū. ⁊ ſacrę ſcripturę fieri indies ma
gis ſtudioſum. in ea em̄ omnia quę ad ſalutem ⁊ ad beatitudinem perti-
nent videre facillimum.

De cauſis fidei. Ca. viij.

Edeam⁹ ad tria quib⁹ fidem fieri ſupra iam diximus. ea ſunt ſer
r mo. miraculum. inſpiratio. Per ſermonē ⁊ miraculum ſine in-
ſpiratiōe neminem ad fidem veniſſe cognouim⁹ per inſpiratio-
nē ⁊ ſermonē ſine miraculis ⁊ cum miraculis credidere q̄ꝫplurimi. Ser
mo quid credas explanat. Miraculum facit vt audiēs aduertat. Ser-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

moni etiam aſtipulatur ⁊ dicta cõfirmat. inſpiratio vero aſſenſum incli-
nat. Ergo fidei materia vt omne genꝰ cauſaꝝ attingam quaꝝ in ſecundo
libro de phyſico auditu meminit Ariſtoteles: Circa quã, ſunt credẽda. in q̃
eſt intellectꝰ. Materia eñ triplex in qua circa quam. ⁊ ex qua. Sꝫ de ter
cia nihil ad pñs. illa eñ Soloꝝ eſt corpoꝝ. Forma inducẽda ipſa ẽ fides
nam forma eſt fides materię diſpoſitio ideo nõ neccãria. qꝛ p̄t ab agẽte ſup
pleri. Eſt miraculum agẽs deꝰ. actio inſpiratio. aſſenſus introductio. fi-
nis beatitudo. Aſſenſus ãt duplex ⁊ quo intellectꝰ vero. quo volũtas bo
no aſſentit. inſpiratio intellectui p̄mum veritatem: mox volũtati oſtẽdit
bonitatem. nam vtriuſqꝫ ſpecies lucet in credendis. Primꝰ aſſenſus ẽ fi-
dei ſecundꝰ magis charitatis ⁊ ſpei.

¶ De vi et natura miraculoꝝ. Ca. ix.

Theologorũ quidam doctiſſimi atqꝫ clariſſimi ſubtiliſſimis diſ-
poſitiõibꝰ queſierũt an ꝑ chriſti miracula ꝓbatu ſit poſſibile cũ
fuiſſe deum ⁊ meſſiam in antiqua lege ꝓmiſſum. Sunt q̃ affir-
ment. ſunt ⁊ qui negẽt. Ego autem (vt paucis expediam) in eoꝝ qui ne-
gãt hoc eſt Gerardi Bononieñ. et Pauli Peruſini ordis mei ſniam va
do. Si eñ ꝑ miracula id ꝓbaret iam nõ crederet. ſed id nobis credẽdum
proponit. Adde ꝙ cum nõ cõſtiterit qua virtute ꝓpa ſcꝫ an aliena Dei an
Belzebub vt iudei calumniãtur: id fecerit. dici ſempꝑ poterit id cõmune
et alijs fuiſſe. Nam p̄cedentibꝰ etiam ſeculis apud gẽtiles ⁊ hebreos pa-
ria. nec minora ſunt viſa. legimꝰ Magos Pharaõis qui gẽtiles erant: ſi
cut ⁊ Moſem feciſſe miracula. legimꝰ Heliam mortuũ ſuſcitaſſe. Heli-
ſeum Naaman a lepra curaſſe. Jeſaias narrat decem lineis ſolem eſſe re-
uerſum. quo miraculo neſcio an maius vnq̃ꝫ audiuerim. q̄d eñ maius.
quidve mirabiliꝰ eſſe poteſt. q̃ꝫ ꝙ vt vim homi hoc eſt Ezechię regi ęgro
tãti. de recuperãda ſanitate fides fieret ille cęleſtium Sphęraꝝ diuinus
et ſempiternꝰ ordo mutaret. Quis ꝓ miraculo nõ accipiat. ꝙ a Tito Li
uio p̄mo libro de p̄mo bello punico recitat. Romanos ſcꝫ cum triẽnio pe
ſtilẽtia laboraſſent Sibyllinis libros admonitos miſiſſe legatos epidau
rum Peloponẽſi vrbem. qui Aeſculapium deum Romam accerſerẽt. q̃
cum veniſſent numen ipſiꝰ dei in ſerpẽtis ſpecie apparuiſſe. ⁊ p̄ vrbis cę-
leberrimas ꝑtes mitibꝰ oculis leni tractu labi coepiſſe. ⁊ tãdem ſpectante
populo ad Triremẽ Romanam ſpõte ꝑfectum. in quinti Ugolini lega
ti tabernaculo multiplici orbe ſe cõſpiraſſe quieuiſſeqꝫ ſempꝑ. donec Anti
um quę in italia volſcoꝝ eſt ciuitas. ꝑueniſſent. Ubi ex naui prolapſum
poſtq̃ꝫ in veſtibulo templi ſibi dicati triduo ꝑmãſit. in nauim iterum ꝑ-
ſerpſiſſe. ac demum Triremi iam Romam ingreſſa in inſulam Tyberi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

nam vbi templum ei dicatum ē. trāſnataſſe. Sūt iſta quidem (nō imus inficias) cōmenta diaboli: ſed q̄s hoc mortalium niſi chriſtiana imbut⁹ diſciplina dignoſcat? Plato ſcribit pherǫum quēdam Pamphilium inter eos q̄ in acie ceciderāt decem dieb⁹ iacuiſſe. biduoq̄ȝ poſtq̄ȝ inde ſublat⁹ eſſet. impoſitum rogo reuixiſſe. ac mira q̄dā tp̄e mortis viſa narraſſe Sȝ ne ſit neceſſe ꝑ multa vagari volētem gētilium mira reꝑire. legat Valerij ꝑm⁹ liber factoꝝ ac dictoꝝ memorabiliū. ⁊ q̄d de omnib⁹. de ſomnijs. de ꝓdigijs. ⁊ de miraculis referat. attendat. Q̄d autē chriſtus d̄t feciſſe ſe quędam q̄ nemo alius vnq̄ȝ ante fecerit. Ideo vtiq̄ȝ dixit: ꝙ alij miracula nō ꝓpria. vt homīes ⁊ ſi ꝓp̄a nō diuina ſicut ipſe fecit v̄tute feciſſent. nō ergo miraculoꝝ exhibitio. ſed vis exhibēdi ſingularis in chriſto. Et quoniam ſcim⁹ mira q̄dā a deo. a ſpiritib⁹ etiam malis ęque ac bonis. et a natura q̄ȝ fieri poſſe. ⁊ cum fiūt a quo potiſſimum fiāt ſemꝑ ambiguū. concludim⁹ miraculum fallax eſſe ſignum: q̄ēadmodum ⁊ color in vrina. ⁊ in vultu obſcuritas. vtpote q̄ a plurib⁹ cauſis ꝓuenire ſolēt. et a quib⁹ ꝓueniāt. raro cōpertum. Hoc igit̄ dixi nō vt noſtra infirmem. ꝓ quib⁹ etiam fundend⁹ eſt cruor. ſed ne ſimul cum noſtris aliena cōfirmem: quib⁹ ē cum noſtris cōmune miraculum. Tenem⁹ etiam Antichriſtū dogmatū ſuoꝝ impietatem miraculis roboraturꝝ. q̄b⁹ quottidie ne fidem adhibeam⁹. admonemur. q̄ innuit poſſe ⁊ miraculis licet nō veris. ſed q̄ ad nos veritatem prę ſe ferentib⁹ aſtrui falſitatem.

De errore Auicenę et aliorum qui dicūt omnia miracula fieri naturaliter. Ca. x.

Ed poti⁹ ex fide miraculum q̄ȝ ex miraculo fides efficit. dicit em̄ chriſt⁹ Si habueritꝭ fidem ſicut ē granū ſinapis. ⁊ dixeritis mōti huic. trāſi hinc: trāſibit. Fuere tn̄ nōnulli glorię diuinę quodāmodo inuidi. naturę āt nimis addicti. int̄ quos ē Auicena q̄ conati ſunt oīm miraculoꝝ etiam eoꝝ q̄ in nr̄m beneficiū de⁹ oſtēdit. in natura reꝝ cauſas inuenire. Aiunt em̄ noſtrę imaginatiōi cū fortis ē. obedire ꝑmū vires aīę: ea ē quę digerēdo nutrimēto p̄fecta ē. q̄ ſępe factum dicūt vt nōnulli ex leprę imaginatiōe leproſi euaſerit. obedire etiam imaginationi nō corp⁹ ſolum animę imaginātī cōiugatum: q̄d ⁊ nos cōcedim⁹ ſed ⁊ materiam q̄ȝ exteriorem. q̄d negam⁹: nec tamē id aiūt omnib⁹ animab⁹ eſſe cōmune ſȝ quarundā eſſe priuilegiū ſingulare. quas alijs excellētiores ac diuiniores putāt quales eſſe volūt ꝓphetarum et heroum ſeu ſemideoꝝ. Iſigonus ⁊ Nymphodorus teſte Plinio in ſeptimo naturalis hiſtorię libro. capite

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 93

ſecūdo tradūt in Aphrica quaſdam eſſe familias. quarum laudatiōe in-
tereāt probata. areſcāt arbores. emoriātur infantes Eſſe eiuſdem gene-
ris in Triballis ⁊ Illyrijs adijcit Iſigonus. qui viſu quoq; effaſcinent ⁊
interimāt quos diutius intueātur iratis pręcipue oculis. ⁊ hos pupillas
binas in oculis habere. ſunt vt aiunt hui⁹ generis fœminę in Scythia bi
thye appellatę. Uerum hęc non imaginationib⁹ ſed vel halitui horis pe
ſtifero. vel vapori venenoſo qui ex oculis prodeat aſcribenda. ſicut accidit
in his qui peſtilētia ſunt infecti. eorum namq; animę conſtat vim ineſſe
mortiferam: quę ⁊ in alios cōtagio ſęuiēs. ⁊ multiplicatiōe ſui inualeſcat
et ſerpat. hi nimirum qui effaſcinādi vim habēt: neſcio quid ſimile patiū
tur: ſibi innoxium: alijs lętiferum. ⁊ ne videat impoſſibile huiōi veneno-
ſos humores intra nos gigni. ſubijciam quę Plini⁹ libro ſeptimo natu-
ralis hiſtorię. capite. xv. de menſtruo mulierum. ex quo humana corpora
concreātur. enarraret. Sic eñ inquit. nihil facile reperitur mulierum ꝓ
fluuio magis mōſtrificum. aceſcūt ſuperuētu muſta. ſterileſcūt tactę fru
ges. moriunt inſita. exurunt hortorum germina. ⁊ fruct⁹ quibus inſede-
re: decidūt. ſpeculorum fulgor aſpectu ipſo hebetat. acies ferri pręſtringi
tur. eborisq; nitor. aluei apum emoriūtur. ęs etiam ac ferrum rubigo pro
tinus corripit. odorq; dirus aera. ⁊ in rabiem agunt guſtato eo canes. at
q; inſanabili veneno morſus inficitur. ſic Plini⁹. Aiunt etiam Medi-
ci peſtilētiam nō ſemꝑ cōtagio fieri. ſed humorib⁹ atq; ſpiritib⁹ in homi
ne viciatis dirum illud morbi inſanabilis gen⁹ enaſci. Quo fit vt nō om
nia in cauſas naturales. ſed quędam etiam in dęmōes. q̄dam hoc eſt ea q̄
vera ſunt. in bonos angelos. ⁊ in deum ſint referēda miracula.

❡ An ſit vbiq; Chriſti lex promulgata Ca. xi.

Ed an impletum adhuc ſic q̄ dr̄. In oēm terram exiuit ſon⁹ eo
rum. ſi ꝑ terram intelligas cōtinētem. nō dubito. adimpletum
eñ exiſtimo. ſi ꝟo terrę vocabulum ad oīm hoīm habitationem
extēdas. dubito. ⁊ eo maxime q̄ dieb⁹ noſtris opa regum hiſpanię multę
in atlantico. in ęthiopico. in indico oceano vltra etiam circulū capricor-
ni. ⁊ torridam zonam. vbi altera terrę habitabilis portio collocatur. re-
pertę ſunt iſulę. ab homib⁹ habitatę: noſtris etiam multo maiores. vtpo
te quarum aliquę tria milia. ⁊ amplius paſſuū milia circuit⁹ habeant. et
harum. neq; Strabo. neq; Ptolomęus. neq; Pomponi⁹ Mella. neq;
Plinius. neq; antiquorum ſcriptorum quiſquā meminerunt: quo con-
ſtat fuiſſe ſemper hactenus ignotas. ⁊ nunc primum accepiſſe nuncium
de Chriſto. Qui vero inter illos huius ignorantiae nocte perduran-
te ſecundum legem naturaliter hominibus inſitam beneuixerint:

etiam ſi aliquādo peccauerit, modo poſtea egerint pœnitētiam. putamꝰ poſt mortem aliqđ fœlicitatis genꝰ habituros ⁊ loca aliqua dei dono ſortituros. Ubi meliꝰ vel ſaltem minꝰ male ſint habituri. q̄ꝫ hi qui ſordide et flagitioſe vixerūt. Sic putare me cogit iuſticię ⁊ clęmētię diuinę cōtemplatio, et Dauid autoritas ita dicentis. Quia tu reddes vnicuiqꝫ ſecundum opera ſua.

¶ Religionē Chriſtianam non eſſe a ſtellis vt errant aſtrologi. ſed eſſe breuiſſimam ad cœlum viam a deo inuētam et traditam. Ca. xij.

